

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Canone Fidei

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber septimus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-907)

VIII. Nam quod sibi putatur, ab institutione, de qua Augustinus, ad acceptationem transiliendum, fecit profecto Sophistice, mutatis terminis. Non enim idem est legem constituere, & legem acceptare: nisi tum forte cum ab iisdem instituitur a quibus acceptatur: ut fit in Democratia, quae populo ius vindicat legis sciendae. Alias vero minime, ut in Monarchia, in qua non fert legem populus, sed acceptat solum latam a principe. Quae ratio est in Ecclesia leges suas accipiente a Deo, non autem ipsa sibi condente. In hac autem acceptatione, nullum est populi iudicium, sed necessitas: quia legum auctoritas prorsus pendet a sola Principis maiestate, non a populi consensu:

adeo etiam inuitis saepe leges constituuntur. Sic Constantinus non paucas tulit de Martyribus, & confessoribus in integrum restituendis, de prohibendis idololatriae sceleribus: ne quisquam vel statuas erigere, vel curiosas & superuacuas diuinationes moliri, vel denique sacrificare auderet: de quibus prolixè Eusebius lib. 2. de vita eius Imperatoris. Has quis dubitat inuisas Ethnicis, qui tum magno, fortasse etiam maiore numero erant? Sic idem postea legem tulit de exilio Athanasii, non valde opinor assentientibus Catholicis. Itaque hoc vnum Ecclesiae restat, ut Scripturam, legem a Deo sibi impostam, non iudicet, sed acceptet.

FINIS LIBRI SEPTIMI

LIBER SEPTIMVS, De CANONE.

Caput Primum.

An, praeter auctoritatem Ecclesiae, nulla sit, quae omnem a conscientiae dubitationem remoueat.



Atholicorum audiuius argumenta: Nunc Papistarum, hinc initio facto. Quaecunque auctoritas constituit Canonem Scripturarum, omnem a conscientiae dubitationem remouere debet. At praeter auctoritatem Ecclesiae, nulla auctoritas potest omnem a conscientiae dubitationem. Ergo, praeter auctoritatem Ecclesiae, nulla auctoritas constituit Scripturam Canonem. Ex Stapletono: cuius verba; Cum Scripturarum Canonem certum & indubitatum habere, maxime sit religioni & fidei necessarium, hoc aliunde exploratum habere, quam ab Ecclesia auctoritate non possumus, quia maior & certior auctoritas, quae omnem a conscientiae dubitationem instabilem remoueat, nulla est. Stapletoni uita & opus Charronaeus sequutus est, ut videatur tantum transfuisse Gallice: Canus in eundem sensum. Non est autem unde commodius atque constantius eiusmodi iudicium censuramque petere debeamus, quam ab Ecclesia, quae est columna & firmamentum veritatis. Probat minorem Stapletonus, quia Deus per Ecclesiam nos docet, nec sine Ecclesia docere disponit. Deo autem docente nihil certius.

Ecclesiae auctoritate nulla datur maior, est profus... Quid enim an quia nos quotidie docet per singulos Pastores, ideo nulla maior auctoritas quam singulorum Pastorum? Absurde. At Deo docente, nihil certius: Optime, inquam: At Ecclesia non est Deus docens: sed tantum instrumentum Dei docentis: Non est autem verum, nullam esse maiorem auctoritatem quam instrumentorum, quibus Deus nos quotidie docet.

II. Respondeo: negari minorem: quia meram continet petitionem principii, ut facile apparet ex controuersia statu. Nec negare possunt aduersarii Spiritum Sanctum hanc auctoritatem habere, quae hic soli arrogatur Ecclesiae: nimirum, ut plene persuadeat, omnemque eximat dubitationem. Habet & Scriptura, ab eodem Spiritu, auctore suo scilicet: etsi aliquando negent Papistae. Et sane, si ut probatum est libri praeced. c. 19. Ecclesia, non tantum quoad plebem, sed etiam quoad Pastores, subiicitur Scripturae; quis nunc ferat nullam maiorem esse auctoritatem, quam Ecclesiae?

IX. Adhaec, si, quia Deus, per Ecclesiam docet singulos fideles, ideo valde commendatur auctoritas Ecclesiae: certe quia per Scripturam Deus docet ipsam Ecclesiam, multo plus necesse est auctoritatis accedere ad Scripturam: id est, tanto maiorem esse Scripturatum auctoritatem in Ecclesia; quanto maior erit Ecclesiae in singulos fideles. Doceri autem Ecclesiam per Scripturam, quis neget contra luculentam experientiam? Erit igitur ex vi huius argumenti, non tantum Dei, quod non potuit Stapletonus negare, sed etiam Scripturae maior auctoritas, & tertio tantum loco consistet Ecclesiae; quod ille contra contendit.

III. Stapletonus de Ecclesia se postea aeternum pollicitus, de Spiritu S. distinguit, eius auctoritatem maiorem esse & certioram ad omnem fidem ingenerandam, in genere causae interioris, & efficaciter agentis. Sed in genere causae exterioris, quae per modum medii externi ad fidem nos inducat, nullam esse certioram auctoritatem quam Ecclesiae.

X. At Canus, non simpliciter negat ullam esse maiorem auctoritatem; quam Ecclesiae: sed tum cum contradicentes sunt conuincendi. Si huiusmodi res (inquit) in contentione veniat, cum neque ex Scripturis ipsis, neque ex priuata opinione sit censura ferenda, ex aliquo hanc loco petere necesse est. Non est autem unde commodius atque constantius eiusmodi censuram petere debeamus, quam ab Ecclesia, quae est columna & firmamentum veritatis. Ad Ecclesiam tribunal igitur est haec questio referenda: & eius decretum, Lydius lapis erit ad explorandum qui liber canonicus sit.

IV. Sed primum non tollitur petitio principii. Etenim in constituenda quaestione, Catholici asseruerunt absolute & simpliciter omnium causarum summam esse ipsum Spiritum: non tantum causarum internarum. Itaque, quae a Stapletono, utrum ita distinguat causas externas ab internis, ut istis illas concedat esse inferiores: an vero maiores contendat. Nam si contendit esse maiores, tum vitare omnino non potest petitionem principii. Sin autem concedat inferiores, obtinuius magna ex parte causam: nimirum ut constet eos mentiri, qui adeo sollicitè negabant, ullam constare posse Scripturis quoad nos auctoritatem, nisi ex decreto Ecclesiae, aut certe hanc esse summam. Nam quid tum? si haec sit omnium externarum maior, tum sit minor internis.

XI. Sed hic multipliciter peccatur a Canone primo, quia affectionem proponit nudam, quam sciret a nobis negari, imo statum esse quaestionis: itaque ut Stapletonus, sic ipse peccat nugatoria petitione principii; & cum negat ex Scriptura hanc censuram petendam; & cum asserit non aliunde commodius quam ab Ecclesia. Secundo, dissimulare non debuit, quod omnes sciunt; pro variis contententium generibus variari disputationis naturam. Esse autem quosdam, quia non tantum Canonem reuocent dubium; sed simul etiam negent Ecclesiam, ut Ethnicos, ut hodie Iudaeos. Horum si habeatur ratio, prorsus falsum est ab Ecclesia hanc censuram petendam; & si facias, laterem laues. Quare saltem particulare erit pronunciatum: non autem vniuersale: & quia non vniuersale, nec certum. Tertio, si ad quosdam, imo si ad omnes conuincendos haereticos vultis, imo necessaria est Ecclesiae censura; non sequitur tamen nullam esse maiorem auctoritatem: quia id accidit ex haereticorum ingenio, non vero ex re ipsa.

CAP. II.

An Ecclesia Iudaeorum Canonibus libris auctoritatem contulerit.

V. Rursus etiam in externarum genere petitio est principii. Catholici enim praetulerunt auctoritatem, non tantum Spiritus sancti, quam ille interiorum vocat, credo, quia eius vis intra nos est, agitque in nostris animis: sed etiam Scripturae: quae non externa nobis esse non potest. Atque ita non tantum negant causam externam praeposendam interiori, hoc est, Spiritui Sancto Ecclesiam: sed etiam in ipso exteriorum genere, Ecclesiam esse summam: nempe quia detur saltem Scriptura superior.

CHARONAEUS pugnat ab exemplo Synagoga in Veteri Testamento. Libri (inquit) sacri, canoniceque ii erant, quos Ecclesia Iudaeorum recipiebat; & pronuntiabat esse tales. Quia in re eius erat summum iudicium. Scribae autem huic erant negotio praefecti. Ita Charronaeus: sed tantum pronuntians: non etiam probans: quasi suam putet auctoritatem sufficere, ut exclament omnes uis & opus; quae est horum hominum modestia. Sed nos excessimus ex ephelis: & iam pridem desueuimus ex eipere dictata ab offitiantorum.

VI. Adde hac distinctione totum argumentum reddi ridiculum. Nam ita erat concepta maior, ut simpliciter omnem auctoritatem nominaret: non vero specialiter auctoritatem externam. Assumptio igitur non debuit nouum terminum substituere: nisi maior corrigatur, ut pro omni auctoritate, substituas omnem auctoritatem externam: & sic ad minorem accedat etiam maioris falsitas. Nos enim, etsi agnoscamus causas aliquas externas conuincant Canonem; atque in iis etiam Ecclesiam: tamen scimus non esse verum eas omnes omnem a conscientiae dubitationem eximere. Nam id Ecclesia nec facit, nec facere potest.

II. Itaque negamus Synagogae hanc in re fuisse vquam summum iudicium. Nam cur ei magis tribuant Catholici, quam Ecclesiae? Nec sane illi alium in finem dati erant libri Veteris Testamenti, nisi ut eos haberent pro lege. Non magis autem tum temporis leges permittebantur arbitrio subditorum, quam hodie. Dicimus praeterea, antequam vllum esset, aut totius Synagoga, aut Scribarum hac de re iudicium; tamen fuisse aliquos libros Canonicos apud Iudaeos.

VII. Minoris confirmatio est etiam ineptissima. Primo, falsum est Deum non docere sine Ecclesia. Docuit enim sapissime extra ordinem per reuelationem: docet quotidie per internam inspirationem fideles: & externè per Scripturam, per Pastores singulos, per alios quoslibet. Per reuelationem, ut Prophetae & Apostolos; per inspirationem, ut Lydiam: per Scripturam, ut Tertullianum; per Pastores, ut Augustinum: per plebeios, ut olim Indos per Aedesium, & Frumentium: Iberes per multerculam. At haec media nulla eadem sunt cum Ecclesia.

III. Enimvero iudicium illud intelligitur vel vniuersale de toto Canone corpore; vel particulare de singulis libris. Vniuersale triplex oblectat Genebrardus in Chronologia, totidem Synodis editum. Earum primam refert ad Esrae tempora; qui etiam eius scriba fuerit: & ex decreto in ordinem reuocavit Veteris Testamenti libros, quomodo habentur hodie: circa annum mundi ter millesimum sexcentimum decimum. Secundam notat accidisse tempore Eleazari fratris Simeonis eius qui post Omiam piscum Iaddi fratrem functus est sacerdotio; circa annos mundi ter mille octingentos sexaginta. Hanc Hierosolymis coactam proposito negotio vntendarum Scripturarum. In ea videri ait, editum secundum Canonem Hebraeorum; ac praeterea illos 22. primi Canonis; additos Tobiam & Ecclesiasticum. Tertium ad Ioannis Hyecani tempora; circa annos mundi ter mille noncentos quinqua-

VIII. Secundo, haec consequentia, Deus per Ecclesiam nos docet; ergo Tom. L

giuta, ad probandos Pharisaeos. In ea confirmatos libros Iudith, Tobiae atq; alios; Maccabæorum vero, tum primum in Canonem illatos; atque ita conditum tertium Hebræorum Canonem.

IV. Hæc etsi confidentius affirmantur, quam solidius: vt est audacissimus Genebrardus in historia, i. corrupeda, vbi cunq; potest, insectat & la ad sue religionis, imo superstitionis placita, tamen illustriabunt hoc argumentū. Nā si ita est, primo editum fuisse Canonem ab Esdra ex publico Synagoga iudicio tum certe necessario inferendum erit, aut nullos à Iudæis lectos esse ante id temporis libros Canonicos, aut habitos esse pro Canonicis ante vllum Synagoga iudicium vniuersale. At illud est falsissimum: ergo hoc verius.

V. Illud esse falsissimū constat, quia libros Moÿs fuisse Canonicos & pro Canonicis habitos à Synagoga, i. auctoritatē summā habuisse nō quoad se ratū, sed et quoad Iudæos, certū est statim ab initio conditi sunt n. in arca fœderis, vt alias diximus. Et Iosue sic Dominus alloquitur c. 1. Non recedet volumen legis huius ab ore tuo: sed mediteris in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, q. a scripta sunt in eo. Item liber Ieremiæ erat Canonicus longe ante Esdrā, vt patet ex 9. c. Danielis. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam.

VI. Iam vero, vt veniam ad particulare iudicium; si vera esset aduersariorum sententia, nullum librum haberi pro Canonico ante Ecclesiæ iudicium, tum necesse esset, aut statim singulis libris editis Ecclesiam pronunciare: aut non statim esse canonicos, postquam ab auctoribus erant compositi: sed expectare, dum per otium Synagoga liceret conuenire, atque ita tolente suum iudicium pronunciare. At vtrumque hoc consequens est falsum: ergo & antecedens.

VII. Prius facile probatur esse falsum: quia nunquam aduersarii ostendent statim Synagoga conuise ad pronunciandum de singulis libris, puta Exodo, Deuteronomio, Psalmis, Ecclesiæ. Quinetiam non pauci libri sunt per partes compositi, non autem vno spiritu: vt ipsi Psalmi, & Prophetiæ Esaiæ, Ieremiæ, Danielis, aliorum: libri etiam historici, Iudicum, Samuelis, & Regum. Quis autem verisimile censet, singulis (vt ita dicam) capitibus probandis, Synodos esse conuocatas? maxime cum nullum sit ad manum aut præceptum, aut exemplum. Nam aduersariorum nudas diuinationes, non est quod moremur.

VIII. Fuisse autem Canonicos, tum primum erant compositi, ostendimus super proxime libri cap. 11. Et certe si non fuissent, tum neque ea quæ iisdem continebantur, debuissent agnosci pro sacris, & Canonicis: at ea re vera fuerunt pro talibus agnita: & cum non sunt à quibusdam agnita, tum grauisime peccatum esset; atque adeo grauissimis pœnis vindicatum. Ergo ipsi libri fuerunt Canonici, quoad se, & esse debuerunt, quoad alios, ante vllum Synagoga iudicium, aut vniuersale, aut particulare. Quare Charronæi argumentum falsum est.

CAP. III.

Quomodo Ecclesia tradat articulos Fidei.

I. Rursus argumentantur ab articulis, siue regula fidei: sed aliter Charronæus, aliter Stapletonus. Charronæus, Ecclesia nos Christianos facit; tradit nobis regulam & articulos fidei, i. Symbolum Apostolorum. Ergo eadem potest nos certos reddere de Scripturis, quæ non sunt tanti momenti, quantum sunt ipsi articuli; cum sine his nō possimus, sine illis a. possimus seruari.

II. Respondeo, primum non concludi quod est in quæstione. Aliud enim esse, Ecclesiam posse nos de Scripturis certos reddere: aliud vero, ab Ecclesia pendere Scripturarum auctoritatem quoad nos. Illud nemo queat merito negare: cum certum sit Deum vti opera etiam singulorum ministrorum ad id ipsum. Hoc vero nos prorsus inficiamur: nec asseruisse quenquam scimus non Papistam. Et quidem ipse Charronæus, qui paulo ante disertis verbis ita mentem suam expresserat; nunc tamen ausus non est id ipsum complecti in consequenti: quod quæritur est, nisi vt omnes videant, quam sit friuolum argumentum? Sin autem ita inferat: Ecclesia nos certos reddit de Scriptura: ergo Scripturæ Canonizatio pender ab Ecclesia: tum nos tam a. consequentiam securi ridebimus: neque enim quicumque nos certos reddit de Scriptura, is statim auctor est eius Canonizationis. Et si esset, quanto nos rectius ac certius de Spiritu S. concluderemus? Nam huic animis nostris inscribere certitudinem Scripturæ, & omnes sentiunt apud se fideles: nec Papistæ adtent negare.

III. Secundo: facile patimur eandem esse in consignandis libris auctoritatem Ecclesiæ, quæ eidem est docendis articulis fidei. Nullus est enim ex his articulis, qui pendeat ab auctoritate Ecclesiæ: quantumlibet omnes quotidie doceantur ab Ecclesia vel potius in Ecclesia. Nam proprie Ecclesia nunquam docet: sed ita solemus significare, quod in Ecclesia fit, aut certe fieri debet ab omnibus quorum docendi partes sunt. Articuli igitur fidei, mere sunt à Deo instituenti: neque Ecclesiæ aliud munus est vllum, quam q. solet esse præconis in Republica, vt omnibus voluntatem principis significet: vel augustius, Magistratus, cuius est non sancire leges, sed à rege sancitas tueri, ex earumque præscripto rempublicam gerere. Quemadmodum igitur ciues mouentur auctoritate, siue præconis, siue magistratus, vt tamen ab ea non pendeat, quænam sint, aut non sint, edicta principis: sic possunt, imo debent Christiani moueri auctoritate Ecclesiæ articulos fidei prædicantis: vt tamen non credant ab ea pendere quinam ii sint. Nec nostrum de Scripturis iudicium aliud est.

IV. Atque hoc commune est omnium & singulorum Pastorum. Nā exempli gratia, quia Chrysostomus Pastor fuit legitimus Ecclesiæ Constantinopolitanæ; debuerunt omnes Constantinopolitani, eius auctoritate moueri, quoties de Christianis dogmatibus disputabat aduersus sui temporis hæreticos: nec tamen à Chrysostomo sic pendere, vt nulla eis ratio esset credendi, præter vnum a. Non oportet (inquebat homilia in Psalm. 95.) quicquam dicere sine testibus, solaque animi cogitatione. Nam siquid dicitur absque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat; nunc annuens, nunc hesitans, & interdum sermonem vt friuolum auersans, interdum vt probabilem recipiens. Dicitur Cyrillus ille Hierosolymorum antistes, illuminatorum catech. 4. καὶ δὲ ἐπιγί τῶ τοῦ τῆ λῆγον ἀπαλῆς πῆς δὲ σὺ, ἵνα τῶ δὸ δὲ τῶ τῶν κερταζαδωδῶν δὸ τῶν θελῶν μὲ λ ἐβγ, γα φῶν. Ne mihi quidem ipsi credito (inquit) nisi accepta de Scripturis demonstratione.

V. Minoris esse momenti Scripturam Sanctam, quam Symbolum Apo-

stolicum, non miror dictum ab homine Papista: sed à Christiano nō patiori: etiam nunc quidem omnia crepant. Sic tamen liber horum hominum ingenium obseruare; quaslibet occasionones captantium detrahendi Scripturis, eaque deducendi è folio summæ auctoritatis. Certe ineptiam facile quilibet agnoscas; qui sciat Symbolum nihil aliud esse, quam Scripturæ particulam: nec posse vnius aut plurimum partium, maius esse momentum, quam totius corporis; Sed hoc obiter.

VI. Iam Stapletonus de Principiis lib. 9. c. 11. adeo penes Ecclesiæ iudicium esse ait, Canonem Scripturarum consignare, vt ipsa regula fidei ab Ecclesia nobis tradita, & fidelibus omnibus notissima, scripta videlicet in cordibus eorum hac in re consulta atque adhibita, Scripturas veras à falsis discernere valeat, atque olim discreuerit. Atque hac assertionem demonstrata, sequi Ecclesiam per præuiam & præexistentem fidem suam de Scripturis determinasse. Postea argumentum sigillatim exequitur in hunc modum. Si ex regula fidei tantumquam amissi certissima diiudicati & deprehensi fuerunt de rebus diuinis quædam libri, & ipsi quoque vere diuini approbati, quasiq; legitimi facti: ergo regula fidei ab Ecclesia tradita & accepta, vnum est idemque certissimū medium; quo Pastores & Magistri Ecclesiarum veras Scripturas à falsis discernunt.

VII. Et probat antecedens. Primum ex 12. ad Rom. vbi Paulus iubet Prophetiam esse & τῶ ἀναλογίῃ τῆς πίστεως, secundum rationem sine proportionem fidei: id est, vt nulla audiatur Prophetia, nulli credatur Spiritui, nihil vel scriptum vel non scriptum admittatur, q. rationi, proportioni, & regulæ ipsius fidei repugnet. Secundo, à veterum auctoritatibus. Nam Clemens Strömæ, 7. ostenditideo hæreticos Scripturas ipsas interdum repudiare, quia fidei regulam non tenent: Catholicos autem ex eadem Scripturas demonstrare. Eusebius hist. lib. 3. c. 19. confictos libros repudiatos, q. sententia & institutum eorum quæ in illis traduntur, à vero orthodoxoque Scriptura sensu & opinione toto caelo aberrans plane perspicueque ostendat, ea callida solum hæreticorum esse commenta. Et c. 32. Petri & Appionis disputationes hoc nomine reuocari, q. puram illam & sinceram Apostolicam orthodoxaque Doctrinam notam minime retinerent. Addit Augustinus de Consensu Evangelistarum lib. 1. c. 1. Tertullianum probantem, Euangelii Lucæ integritatem, ex eo quod conueniat cum regula fidei, aduersus Marcionem lib. 4. Deniq; à simili. Quia si prædicatio Apostoli Pauli inter gentes, non aliter orthodoxa & diuina habita fuisset, nisi collatione facta, cum Apostolis & eorum regula conuenisse animaduersa fuisset: profecto neque ipsa scripta Pauli pro diuinis habita fuissent, nisi cum regula fidei à fidelibus recepta, & ab ipsis Apostolis antecessoribus tradita omnino conuenissent.

VIII. Atqui, vt ante Charronæus, sic nunc ne Stapletonus quidem concludit q. erat in quæstione. Nam certe, Ecclesiam de Scripturis determinare posse, nemo nostrum negauit vnquam. Quin potius omnes laudamus eorum Conciliorum diligentiam, qui prouiderunt, ne Apocrypha scripta in Canonem intruderentur: q. olim Laodicenses patres fecerunt: fecerunt & Carthaginenses, quamuis paulo minus considerate. Fecerunt etiam multi sua priuata auctoritate, Melito, Origenes, Hteronymus, Rufinus, atque alii, qui totum Canonem descripserunt: item ii quos Stapletonus recenset, Tertullianus, Eusebius, Augustinus qui de Apocryphis iudicauerunt.

IX. Quid tum vero, si regula fidei vnum est certissimumque medium discernenda: um Scripturarum; Nam certe idem non est regula fidei, & auctoritas Ecclesiæ. At nos de hac disputamus, vt patet ex statu quæstionis. Itaque rursus conclusio vagatur extra oleas.

X. Et tamen hoc ipsum axioma falsum est. Nam argumentum ab analogia fidei, tantum valet negatiue, non autem affirmatiue. Scilicet, quia verum quidem est, eos omnes libros esse extra Canonem, qui non bene consentiunt cum regula fidei: sed falsum, eos omnes esse Canonicos qui ab ea non dissentiunt. Itaque non potest hoc esse certissimum medium ad consignandum Canonem. Obiecit hoc Whitakerus: & Stapletonus, iam saltem non ausus contra solem meire, agnouit: dixitq; facile id colligi potuisse ex locis Patrum à se citatis. Sed hæc mera est auerbia. Quid tum enim, si eo argumento Patres vsi sunt tantum negatiue? At Stapletonus in vtramque partem valere volebat. Sunt enim dilata verba, ipsos vere diuinos ex eadem amissi approbatos, quasi que legitimos factos fuisse.

XI. Rursus, vt demus verū esse axioma: quid hoc magis ad Ecclesiam pertinet, id est, ad prælatos; quā ad quoslibet fideles? Nā istis Stapletonus hanc regulā cōmunicat; vt pote omnibus fidelibus notissimam; & in eorumque cordibus scriptam. Quod si ea consulta, atque adhibita, potest discernere Canonicos ab Apocryphis: & qui eam notissimam habent, facile possunt consilere: sine dubio possunt eius ope, quilibet fideles libros discernere. Quare duorum alterum necesse erit: vel à quorumlibet fidelium testimonio pendere auctoritatem Scripturarum: vel non sequi, si Ecclesia discernat libros, ideo etiam, iis quoad nos auctoritatem conferre: Quod nobis iudicibus verius est: alterum enim ne quidem conceder, vllus Papistarum.

XII. Hic Stapletonus dupliciter instat. Primo, Ecclesiam de his libris melius iudicare posse, quam priuatam quempiam, quia maiorem & ampliorē copiam Spiritus S. ac iudicii habeat. Ergo falsum esse, non minus pertinere ad totum corpus Ecclesiæ, quam ad pastores, Scripturas discernere, etsi omnes fideles habeant regulam fidei. Secundo triplex esse in Ecclesia de fide, rebusque fidei iudicium. Vnum omnibus commune fidelibus, qui instructi de fide exterius, & dono fidei illustrati interius, iudicant & discernunt ea quæ sunt fidei, ad iis quæ contra fidem sunt. Alterum est discretiuium, quoad intellectum eorum quæ creduntur, paucis & doctissimis proprium. Tertium determinatiui: & auctoritatē iudicandi & determinandi de fide à Christo acceptam significat, estque Ecclesiæ magistris propriū: iuxta quā distinctionē (inquit) etsi omnium sit fides, tamen non omnium est iudicare de fide.

XIII. Respondeo ad prius: nō tolli minus à maiori: itaq; nō sequi, si Ecclesia magis iudicat, ideo reliquos fideles non iudicare, ex regula fidei. Nunc ad tantū quæritur, vtrum iudicare de libris ex regula fidei, idem sit quod iisdem libris auctoritatem conferre quoad nos. Hoc nos negamus, hoc argumento, quia fideles quilibet iudicant; & tamen non conferunt auctoritatē. Aduersarius ergo debet vel contrarium probare, vel manus dare. Hic vero neutrum facit. Nam q. refugit ad maiorem abundantiam Spiritus, id vero est discedere ab argumento, in quo de hac abundantia ne quod quidem. Quod si corrigat, & asserat, eos qui maiorem habentes Spiritus copiam de Scripturis iudicant ex regula fidei, conferre auctoritatem Scripturis: tum nos axioma vt

absur-

absurdum, negabimus. Enimvero non inuiti fatemur longe maiorem esse Spiritus abundantiam in toto Ecclesie corpore, quam in singulis membris: sed eadem constanter negamus Ecclesiam quantumlibet Spiritu abundante, quequam Scripturae auctoritatis conferre quoad nos.

XIV. Ad secundum: vt concedam varios esse iudiciorum gradus: nego tamen inde quequam roboris acquiri huic argumento: nam si regula fidei communis est tribus illis gradibus: & postremus tantum is est ad quem conclusio pertinet: tum sane sequitur eam conclusionem non nasci ex regula fidei: hoc est vt apertius loquar: si ex regula fidei discernunt Canonicos ab Apocryphis; tum ij qui in primo gradu subsistunt, tum ij qui ad secundum & tertium promouentur: & tamen soli postremi auctoritatem conferunt libris: Ergo sequitur non omnes, qui vti regula fidei discernunt libros, iidem auctoritatem conferre: quare fallax erat argumentum.

XV. Deinde, illud auctoritatem determinandi de fide; si sic intelligimus, vt significet illud ius, quo vtuntur Pastores in instituenda plebe sua, tradendis que quibuslibet articulis fidei; vt in Concilio Niceno factum est: *Dei & hominis* confutatio: tum nos non pugnamus, quominus etiam hodie id ius tribuatur pastoribus: sed negamus ex eo iure quequam auctoritatis quoad nos confetti aut Scripturis, aut articulis fidei. Sin autem significet auctoritatem in ipsa fidei dogmata, & libros Canonicos, vt Episcoporum ius sit de ijs pro arbitrio decernere, tum negamus vllam huiusmodi auctoritatem a Christo cuiquam collatam. Atque id ipsum est de quo nunc disputamus: ad: vt hoc sensu nihil sit a iud Stapletoni distinctio, quam meta petitione principij.

XVI. Redeo ad argumentum primum: Et dico, Si verum sit, Ecclesiam iudicare de libris Canonicis ex regula fidei; non esse ergo Ecclesiam auctoritatem aut solam aut summam causam Scripturarum auctoritatis quoad nos. Nam si sola esset, ergo non adhiberetur regula fidei. Si summa, ergo non moueretur aliunde. At si mouet fideles auctoritas Ecclesie, Ecclesiam vero regula fidei: tum sane tanto erit regula fidei supra Ecclesiam; quanto supra fideles Ecclesia.

XVII. Stapletonus respondet, non propterea violari aut minui auctoritatem Ecclesie, quod per regulam fidei, aut alia media adhibita hanc illa exerceat. Neque enim Apostolos sua auctoritate decretum de non seruandis legalibus non emissit, etsi multum, diu que ea de re disputarint. Nec Reges aut Principes, qui leges ferunt, ac promulgant summa ratione nitentes, multorum prudentium viroium adhibitis consilijs, consulta etiam laudabili populi patrieque consuetudine, in ijs ferendis legibus nulla auctoritate vtunt.

XVIII. Frustra. Nam quis de violanda aut minuenda Ecclesie auctoritate loquitur? Quasi vero nihil non violetur aut minuat, quod non agnoscitur pro summo? At nos certe tantam Ecclesie auctoritatem agnosceimus & predicamus, quanta esse debet, hoc est, quantum illi Christo concessit: eos tantum oppugnamus, qui his finibus non contenti, eam augent in immensum. Vtatur ergo sane auctoritate, etiam in discernendo Canone, sed sua, id est, nec sola nec summa. Instantiam nostram non eneruant exempla. Nam Apostoli sic decreuerunt non obseruanda esse legalia, vt suam auctoritatem subicerent auctoritati Spiritus: proinde non docuerunt a se pendere eius dogmatis auctoritatem, sed a Spiritu Sancto, cuius erant ministri. Si id ipsum Ecclesia in hoc negotio agnoscat, salua res est. Reges autem leges condunt de rebus, vel per se certis, vel ad iudicium. Si de certis, tum eorum auctoritas non est summa causa legis latae: sed ipsa potius rei natura: Nam si vel precipiant ea que sua natura mala sunt, vel verent quae natura bona, tum subditi debent eas leges non agnoscere: nimirum quia iuris naturalis maior est auctoritas quam regis. Sin autem de ad iudicium, tum non mirum est auctoritatem regum esse summam; cum ipsarum rerum nulla sit. At in hoc ordine, nemo sanus Scripturas numeret. Itaque non procedet in rebus dissimilibus consequentia.

CAP. IV.

De libris sanctis, reiectis à Canone.

I. AB Ecclesie praxi arguunt Charronæus & Stapletonus: sed hoc longe accurate. Atque hoc argumentum prolixum est, multis que partibus constans, ac varijs strophis impeditum: ob eamque causam diligentius euoluendum. Id ego primum ex eorum mente concipio in hunc modum. Si sola Ecclesie definitione factum est, vt quidam libri recepti sint in Canonem, quidam reiecti: ergo à sola Ecclesie auctoritate pender, quoad nos, constitutio Canonis. At prius verum: ergo & posterior. Antecedens mutua sum à Charronæo, qui exultabundus (vt appare) varijs interrogationibus ita mentem suam aperit, vt nihil aliud colligi possit: quoniam ita postulat argumenti natura: nam si auctoritate quidem Ecclesie id factum est, sed non sola, tum aduersus nos nihil concluditur; qui ab initio testati sumus eam auctoritatem suo & ordine & loco admittendam. Consequens autem est à statu questionis, quem quis nescit singulis argumentis concludendum? Quare non debet excusari Stapletonus; qui tantum infert, necessariam esse auctoritatem Ecclesie: quod quidem mollius dictum est: non enim quaecunque sunt necessaria, ea statim aut sola sunt aut summa; qui nostrae questionis nodus est.

II. Antecedens, quod à nobis negari sciunt, accurate probant per partes. Charronæus libros distribuit in legitimos, qui vere sunt ab auctoribus, Prophetis atque Apostolis: & supposititios, à Philosophis & hæreticis factos, tamen inscriptos nominibus Apostolorum. Istos secundi generis non exequitur vltorius; quasi omnino non pertinentes id institutum. Sed illos, ad est, qui vere sunt ab Apostolis, distribuit in quinque ordines. Quorum primus est librorum, qui ab initio ac semper deinceps habiti sunt in Canone: secundus eorum qui ab initio admissi, paulo post reiecti sunt, Acta Pauli, Epistola Barnabæ, Euangelium & Apocalypsis Petri, reiectibus Eusebio, Theodoro, Clemente Alexandrino: item epistola & præceptiones Clementis, ex vltimo Apostolorum Canone: tertius, eorum qui cum ab initio non fassent admissi, deinceps vero recepti sunt, vt Epistola ad Hebræos. Item Iacobi, Iudæ, & Iohannis secunda, tertioque. Denique Apocalypsis. Quartus eorum est, qui nunquam sunt admitti; qualia multa sunt scripta Dauidis ac Salomonis; Paulique ad Laodiceenses Epistola. Quintus, eorum qui ab hæreticis vocati sunt in Controuersiam, vt Acta Apostolorum à Manichæis, Epistola Iacobi à Luthe-

ro: à Polonis quibusdam Psalmi Dauidis, & Iob: à nonnullis partes que adam Euangelij secundum Iohannem.

III. Sic Charronæus, grauissime peccans, primum, quod secundi ordinis libros ausus sit numerare inter legitimos Prophetarum & Apostolorum factus: cum tamen ij ipsi auctores aut qui, a quibus solis nomina potuit habere, numerent in suppositis. Eusebium hist. lib. 3. c. 25. Græci codicis *en tois idiois katepictichis, katepictichis* Pauli prædicationem hanc, te lezôdros poidi. katepictichis Pauli. katepictichis Pauli. katepictichis Pauli. Nos Charronæus, et reliquos Apostolos inscripturus, vt Christum: falso tamen adscripta eorum nomina, vt periti reiecit. Auditis antiquitatis iudicium, nonnullum de ijs ipsis libris, quos Charronæus secundo loco suis titulis indicauit? Quid ergo in memini venire iam recens, postque tot secula iocundè Charronæo, quo motus veterum consensum repudiaret, testimonium irrideret; auctoritatem eluderet, atque inter legitimos Apostolorum factus numeraret eos libros, qui iam olim asserabantur *non esse scripta*: Atque hoc, eo magis absurdum sit, quia libros eos ipse nunquam vidit: imo ne nomina quidem (vt dixi) aliunde audierit, quam ab iisdem à quibus eosdem grauiensurata notatos vidit.

IV. Deinde, quam inconsiderate dixit eosdem libros ab initio admissos; deinceps reiectos. Videlicet, aut præstigias loquitur, aut significat, ab iisdem prius admissos, à quibus postea reiectos, scilicet à Catholicis, id est, ab Ecclesia; adeo vt aliquando numerati sint in Christianorum Canone. At id quæro unde habuerit. Nam præter ea que recitauimus ex Eusebio, Theodoro et hæreticarum fabularum secundo, Ebionitis Euangelij secundum Hebræos; Nazareis Euangelij secundum Petrum, vltimum impugnat; nemo autem, quod sciam Catholicis. Mitto non posse absque summa primæ Ecclesie ignominia asseri eos libros acceptos pro Canonicis, qui præterquam quod erant adulteri, etiam falsis abundarent.

V. Denique in tertio membro, quo asseruntur nonnulli libri ab initio reiecti, postea admissi, similis est error. Nam quia in tota hac questione, de iudicio agitur, non particulari quorundam, sed vniuersali totius Ecclesie, profecto ita oportet Charronæi verba intelligi, vt significet eos libros generali Ecclesiarum consensu primo seclusos fuisse à Canone: quod est falsissimum. Nunquam enim aut ab omnibus Ecclesijs aut à plurius reiecti sunt, sed à nonnullis tantum inter dubios numerati.

VI. Hæc ad Charronæum annotasse contenti, Stapletoni deinceps vestigijs insitemus, viri loge & doctioris & cautionis: atque in hoc ipso negotio diligentioris. Is varias enumerat ab Ecclesia refutatas sententias; & Canonem Ecclesiasticum exequitur: his n. duobus capitib. totum comprehendit dissertationem c. 5. 6. 7. & 8. lib. 9. de Principijs; vt distinctior sit sententia, quæ paulo erat confusio. In priori capite, ij sunt, tum qui Apocryphos obrudebant pro Canonicis, tum qui Canonicos reieciabant. In altero libros obijciunt, qui cum essent ab auctoribus Prophetis & Apostolis, tamen non sunt in Canone recepti: deinde eos ipsos qui pro Canonicis habentur; quorum alios facit Protocanonicos, alios Deuterocanonicos. Hæc generalis est *en dnuona* argumenti, nunc per partes considerandi.

VII. Igitur in primo membro duo Stapletonus considerabat librorum genera: vnum eorum qui sub Apostolorum, eorumve discipulorum nominibus editi, pro sacris à quibusdam aliquo tempore habiti sunt: Pastor siue Hermes, Pauli acta, Epistola Barnabæ, doctrina Apostolorum, Apocalypsis Petri, & Euangelium secundum Hebræos, apud Eusebium & Innocentium primum. Item Euangelium secundum Petrum, apud Theodoretum, Sermones Pauli apud Augustinum contra Faustum libr. 19. cap. 13. demique doctrina Petri, apud Origenem in proemio librorum de Principijs. Secundum genus est eorum, qui ab hæreticis conficti pro sacris & Canonicis aut à quibusdam Catholicis ignoranter sunt habiti, aut ab alijs hæreticis impudenter obtrusi, magno numero: inter quos, Euangelium Iudæ, Apocalypsis Pauli, Euangelium Thomæ, Anonymum Euangelium Marcionitarum Euangelium secundum Ægyptios: Euangelium Matthiæ, Petri, Iohannis, & Andree.

VIII. Consideratus ista quidem, quam paulo ante Charronæus, sed nondum tamen exacta ad veritatem. Primo enim Sermonum Pauli nullus vnquam liber fuit: neque Augustinus significauit aliquem aut se vidisse, aut ab alijs nominatum audisse hoc titulo: sed duntaxat, Paulum in Sermonibus quos habuisse narratur, nunquam iurasse, ne iurandi consuetudine aliquando vel inficulis laboretur in perituri. Ex horum verborum occasione quicumque primus librum excudit, eum profecto oportet somno magis quam lectioni operam dedisse.

IX. Secundo, duo facta sunt genera, que re vera vnum sunt; nam qui in primo constituntur libri, ad secundum pertinent. Hermetis quidem Pastor, nonnulli fuit loco apud antiquorum nonnullos: sed nunquam in Canone. Et vero esse non potuit: vt postea demonstrabimus. De Actis Pauli, Doctrina Apostolorum, Apocalypsi, & Euangelio Petri, paulo ante testimonia recitauit Serapionis, & Eusebii, constituentium inter nothos, & falso titulo inscriptos. Nam quod Serapionem Stapletonus obseruat doctissimum Episcopum, ad tempus fuisse deceptum hoc Petri Euangelio, id ille à se confixit; non accepit ab Eusebio: apud quem Serapion testatur id se, antequam legisset, permisisse suis nonnullis, vt schismata tolleret: sed postea comperto veneno prohibuisse. Qui autem verisimile fieri potest eum deceptum ab eo libro quem non legisset: eo inquam quem cum legisset, statim & falsi arguit: & damnauit? De doctrina Petri Origenes ita loquitur, *Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi saluator videtur ad discipulos dicere, non sit demonium incorporeum: primo respondendum est ei, quoniam ille liber, inter libros Ecclesiasticos non habetur: & ostendendum, quia neque Petri est ipsa Scriptura, neque alterius cuiusquam qui Spiritu Dei fuerit inspiratus.* Testatur ergo hunc librum non esse in Canone. Non habuit autem aliunde quam ab Origene Stapletonus eius nomen: quomodo ergo di-

umate potuit eam aliquando à nonnullis inter sacros fuisse nameratum?

X. Sed argumentum necitas Stapletonus, in hac partim opinionum varietate, partim hæreticorum impudentia, maxime necessariam ait esse auctoritatem Ecclesiæ, quæ fideles certo & indubitante doceat. Quæ verba, ut paulo ante observavi, non concludunt id quod erat in quaestione. Sed c. 7. dicitur. *Libri Apocryphi, videlicet, vel ab hæreticis, vel à Philosophis, vel à quibusdam aliis sub nomine Prophetarum & Apostolorum conficti, ideo pro divinis Scripturis nunquam sunt habiti, quia illos Ecclesia Dei nunquam recipiendos iudicavit.* Et probat multis ex antiquitate locis.

XI. Athanasius in synopsi. *Quatuor nobis Evangeliorum libros, Sacri Sanctæ & Catholice Ecclesiæ Canones sanxerunt: præter ista non est vllum aliud.* Eusebius hitoria libr. 3. capit. 10. editionis Christophoroniae penitus Apocryphas & nothas scripturas tales esse pronuntiat, *quia nemo ex Scripioribus Ecclesiasticis, qui continuata temporum successione, ab Apostolis hucusque vixerint, usquam in suis scriptis in memoriam ea redigere dignatus est.* Et cap. 32. disputationem Petri & Appionis ideo recitat, *quia apud veteres nulla omnino eius sit mentio.* Et c. 3. Petri acta, & Evangelium, & libellum de prædicatione, & Apocalypsin, ideo in Scripturis Canonicis numerari negat, *quia nullus scriptor Ecclesiasticus, vel ex veteribus, vel hodie, testimoniis ex illis libris depromptis usus est.* Augustinus sæpe contra Marcionem, non ex alio fundamento Apocrypha quibus illi utebantur, refellit. Citantibus Evangelium Thomæ, respondet libr. 1. de sermone Domini in monte, cap. 38. *Huic Scriptura licet nobis non credere, quia non est in Catholico Canone.* Et iterum contra Faustum libr. 22. capit. 79. *Has Scripturas Canon Ecclesiasticus respuit.* Tertullianus aduersus Marcionem libr. 4. *Si sub Pauli ipsius nomine Evangelium Marcion intrulisset, non sufficeret singularitas instrumenti, destituta patrocínio antecessorum.* Et paulo post. *Ego meum Evangelium dico verum; Marcion suum. Quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei præscribens auctoritatem, quod antiquius reperitur, & ei præiudicans vitiationem quod posterioris retinetur?* Iterum Augustinus contra Faustum libr. 13. c. 4. *Si alios quos dicat Apostolorum nostrorum codices, protulerit, quomodo eis ipse auctori atem dabit, quam per Ecclesias Christi ab Apostolis constitutas non accepit, ut inde ad posteros firmata commendatione transcurrerent? Quomodo ille cui non credo, profert mihi Scripturas, quibus de illo credam, & eis ipsa conatur dare auctoritatem, cui ego ipse non credam?* Hieronymus docens tertium & quartum Eisdæ, inter Apocryphorum somnia habendos, causam subijcit, *quæ non habentur apud Hebræos nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abii eienda.* Hæc ille præfatione in Etdram & Nehemiam. Et iterum viginti quatuor teniorum, & ipsius Synagogæ germanas à nothis Scripturas discernere: sicut nunc Ecclesiæ: ideo quæ non nisi in ipso templo à Stribis ipsi, quæ pro Canonicis habenda erant, vel conscripta erant, vel approbata, vt Dorotheus in Synopsi docet. Augustinus contra Faustum libr. 11. cap. 2. libros dicit Apocryphos vocari, *non quod habendi sint in aliqua auctoritate secreta; sed quia nulla testificatione luce declarati, de nescio quo secreto, nescio, quorum præsumptione prolasi sunt.* Et de Ciuitate Dei, libr. 15. c. 23. *Apocrypha nuncupantur eo quod eorum occulta origo non claruit patribus, à quibus usque ad nos aucteritas verarum Scripturarum certissima & notissima successione peruenit.* Nicæna Synodus *quam Patres nostri tanquam alienam reprobauerunt.* Deniq; Augustinus de libro Enoc aliorumq; Prophetarum scriptis. *Ea castitas Canonis non recipit.* Et iterum, *Non inueniuntur in Canone quem populus Dei recepit.* Hæc omnia Stapletonus recitat: & ita prioru recitat.

XII. Respondeo prius de testimonijs: tum de ipso argumento. In hac testimonijs enumeratione, Stapletoni partim fidem, partim iudicium defidero. Nam primo, falso quædam recitantur: vt primus, secundusq; ex Eusebio. Non n. dixit Eusebius Apocryphos tales esse, quia nemo è Scripioribus Ecclesiasticis eorum meminert; prout legisse Stapletonus veluit videri: sed tantum simpliciter negauit ea scripta memoriæ commendata esse: non vero tanquam causam redderet, ob quam sint Apocrypha. Itaq; substituit Stapletonus suum quia, pro quorum, *on ayn av.*

XIII. Secundo, illud Hieronymi de viginti quatuor senibus, non sine crassa fraude exponitur de nescio quibus viginti quatuor viris, quorum apud Iudæos munus esset discernere Canonicos ab Apocryphis. At hoc merum est Stapletoni somnium: quod Hieronymo in mentem nunquam venit. Brito longe aliter, & recte interpretatur, *de viginti quatuor libris qui sunt apud Hebræos in Canone Scripturarum; qui significantur per viginti quatuor seniores, Apocalypsis quarto.* Nec dissentit Manianus Victorius Ichonij in eum locum.

XIV. Tertio, Dorotheus in Synopsi, nihil docet eorum, quæ ab eo habere videri vult Stapletonus. Non docet, inquam, ea quæ pro Canonicis habenda essent, non nisi in templo vel scripta fuisse, vel approbata. Nam de approbatione ne quid quidem: de Descriptione ita habet. *E Prophetis nonnulli libros sibi conscripserunt, utpote Daniel, qui sibi Psalmorum librum congescit: & Daniel, qui iussus est in captiuitate literis mandare, quæ per visiones reuelata accepit: & quidam alij. Reliqui non ipsi Prophetas suas, sed Scriba qui in templo erant, cuiusq; Prophetæ sermonem veluti eum dierum suppuratione conscripserunt.*

XV. Quarto, qui loci tantum nominant Ecclesiasticum Canonem, quod ad rem faciunt, quæso? Negat Augustinus quandam Scripturam esse in Ecclesiastico, siue Catholico Canone, eique propterea ait licere non credere. Quid tum? Nam hæc nostra nulla est quæstio. Imo prolixè fatetur nullos esse omnino libros, quibus necessario credendum sit, præter eos qui sunt in Canone. Quid igitur? Nimirum quæstio nunc agitur de causa propter quam aliqui sint intra Canonem libratiq; ea quidem non quauis, sed vel sola, vel summa. De hac causa nihil prorsus hi loci nobis manifestant.

XVI. Quinto, nihil minus concludunt hi omnes loci, quam quod aut voluit, aut debuit velle Stapletonus, ne aberreret à quaestione. Nam hoc saltem ex ijs habetur, nempe ex auctoritate Ecclesiæ cognosci libros Apocryphos, ab eaque reiectos fuisse: quod nemo vnquam sanus neget. Non posse autem aliter agnosci, aut si aliter, esse illud summum argumentum, nemo dixit à Patribus.

XVII. Denique; non tantum Ecclesiæ illi iudicium proferunt, sed etiam membrorum quorundam Ecclesiæ. Eusebius enim Scripiorum nomi-

nat Ecclesiasticos: & quidem non omnes simul, sed singulos. Nemo inquit, è Scripioribus Ecclesiasticis: cuius, nullus scriptor Ecclesiasticus. Tertullianus patrocínium postulat, non totius Ecclesiæ, sed antiquorum. Est vero hæc oblectanda distinctio, vt conflet non agere eos auctores, de summa causa propter quam ei ismodi libri habentur pro Apocryphis: nam alias necesse esset in singulis in Ecclesiasticorum scripiorum auctoritate acquiescere: quod cit absurdum.

XVIII. Iam de argumento. Mitto quod sæpe dixi, nos etiam inter causas cur recipiantur Scripturæ, hanc nominare Ecclesiæ auctoritatem, prout facile concedi posse, quicquid hic disputatur. Hoc dico, primum etiam ab eorum Apocryphorum reiectione quoad nos tota penderet ab auctoritate Ecclesiæ, tamen in eo confici ab eadem pendere conignationem vere Canonico rum. Quia enim infinite distant prophani quilibet & Apocryphi, à sacris & Canonicis; facile posse Ecclesiam multo plus iuris in illos habere, quam in hos.

XIX. Deinde, Ecclesiæ definitionem, non esse aut solam aut summam causam, ob quam Apocryphi reiecti sunt: nam alias esse, & quidem potiores. Esse alias probò è varijs Patrum locis. Eusebius libr. 3. hitoria cap. 2. de quibusdam ita habet: *πρὸς τὸν Θεοσεβῆτα τὸν Ἰεροσολιμίτην ἐκ τῆς ἑρμηνείας, ἣν πρὸς τὸν αὐτὸν τὸν Θεοσεβῆτα ἐπέγραψεν, ὡς ἔστιν ἐστὶν ἡ ἀληθεὺς ὁρθοδοξία, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐκείνου αὐτῶν ἀποστολικῆς παραδόσεως, ἧς ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀποστήσαντες, ἀλλὰ ἀσπασάμενοι τῆς ἀποστολικῆς ἐπιπέρας. Ipse phrasis character procul distedit ab Apostolico more: sed & sententia, sensusq; earum rerum quæ in illis exstant, immane quatum discrepat à recta veritate, fide quo perspicuum sit signum esse hominū hæreticorū. Propterea ne in nobis quidem censenda: sed vt prorsus inepta reicienda sunt.* Rufus c. 38. de libris quibusdam Clementis, quibus continebantur Petri & Appionis dialogi: *ὡς ἐστὶν ὁ λόγος τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Πέτρου, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀποστήσαντες ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς ἐπιπέρας, ἀλλὰ ἀσπασάμενοι τῆς ἀποστολικῆς ἐπιπέρας. Eorum nulla omnino memoria facta est ab antiquis, neq; enim seruatur purum sincere Apostolorum fidei characterem.* Sic libr. 6. capit. 12. Serapioneus recitat Euangelij secundum Petrum mendacia arguentem.

XX. Nec aliter Augustinus, contra Faustum libr. 22. capit. 79. Apocryphos Manichæorum libros in Canonem admittendos fuisse dicit, *si sancti & docti homines, qui tunc in hac vna erant, & examinare talia poterant, eos vera locutos esse cognoscere.* Quibus verbis quis non videt indicatam causam, ob quam reiecti sunt, nimirum quia non vera, sed falsa dixerint? In Iohannem tractatu 90. Apocalypsin Pauli, *fabulis plenam, à vanis quibusdam confictam,* negat ab Ecclesiâ recipi. De consensu Euangelistarum libr. 1. cap. 1. *Ceteri autem homines, qui de Domini vel de Apostolorum actibus, aliqua scribere conati, vel ausi sunt, non tales vel suis temporibus exstiterunt, vt eis fide haberet Ecclesia, atq; in auctoritatem Canonicam sanctorum librorum eorum scripta reciperet. Nec solum qui a illi non tales erant, quibus narrantibus credi oporteret, sed etiam quia scriptis suis quadam fallaciter indiderunt, quæ Catholica atque Apostolica regula fidei, & sua doctrina condemnat.* Deniq; in Synodo Nicæna secunda, act. 6. tom 5. Ecclesia Catholica dicitur Thomæ Euangelium auerlas: *tanquam impium.*

XXI. Ex his omnibus locis duo genera causarum intelliguntur, ob quas Apocryphi sunt à Canone reiecti, vnū externum, alterum internum. Externæ causæ sunt, auctoritas Ecclesiæ decernentis: tum ipsorum auctorum qualitas; quippe qui eiusmodi non fuerint vt fidem metèrentur. Internæ sunt, quæ ab ipsorum librorum examine diligenti (vt loquitur Augustinus) defumuntur: primum stylus, *θεοσεβῆτα* vocat Eusebius: deinde res ipsæ: nempe, vel fabulosa, vel impie. Quare in vniuersum quinque causas colligimus; primam auctoritatem Ecclesiæ, secundam auctorum qualitatem, tertiam stylum, quartam tabulas, quintam impietatem. Non ergo solam Ecclesiæ auctoritatem.

XXII. Sed vtrum in iis summum locum obtineat auctoritas Ecclesiæ, hinc diiudicabitur: quia ipsa Ecclesia in iudicando mouetur aliunde; videlicet ab alijs causis: quas vbi cognouit, tum secure pronuntiat: aliæ autem causæ à seipsis suam vim haberent. Nam omnino reiciendum est liber à Canone, qui vel editus est à viris non actis à Spiritu Sancto: vel è stylo arguitur non esse Apostolicus: vel est fabulosus, vel impius: idque eam ipsam ob causam. At ijs ipsis causis nitatur Ecclesiæ iudicium necesse est: quare fatendum eas esse potiores hoc ipso iudicio. Idque eo magis, quod eas ob causas etiam absque Ecclesiæ vilo præcedente iudicio singuli fideles & possunt & debent eos libros abijcere: quemadmodum Serapion, vbi reprehendit imposturas Euangelij, quod Petro adscribebatur, nulla expectata Synodo, & ipse confutauit, & suis interdixit. At Ecclesia absque ijs causis, aut singulis aut omnibus, nec potest, nec debet pronuntiare. Eæ igitur causæ sunt absolute & simpliciter necessariæ: hæc vero auctoritas non item. Quis igitur neget illas longe certiores.

CAP. V.

De hæreticis libros sacros vel totos reiciendis, vel mutilantibus.

I. Sequuntur Hæretici, qui libros vel reiciebant integros; vel mutilabant. Manichæi totum Vetus Testamentum negabant, & Noui partes non paucas. Ptolomaitæ libros Mosis: Nicolaitæ & Gnostici Psalterium: Ebionitæ Matthæi Euangelium: Alogi, Iohannis: Marcion omnia, excepto vnico Iohannis, atq; ipso etiam lacero. Seueriani, Acta Apostolorum: Epistolæ Pauli omnes Ebionitæ: Marcionitæ eas quæ sunt ad Timotheum, Titium, atque Hebræos.

II. Ergo repudiantes (inquit Stapletonus) hæretici aliquam diuinam Scripturam partem, aut de libro Canonico controuersiam mouentes, ex Ecclesia auctoritate, & traditione reselluntur. Non fiet autem, nisi ipsorum librorum Canonico rum determinatio, & auctoritas, quoad acceptationem nostram, ab Ecclesiæ iudicio vel maxime penderet. Argumentum ita comecti potest: Si omnes hæretici vel reicientes, vel mutilantes Scripturam, reselluntur ex Ecclesiæ auctoritate & traditione: ergo Librorum Canonicorum determinatio & auctori-

tas, quoad acceptationem nostram, ab Ecclesia iudicio vel maxime pender: atque hoc est vnum infallibile, necessarium, & in hoc genere proprium medium.

III. Antecedens probat nonnullis locis ex Augustino. Cap. 5. contra Epistolam fundamenti. Cuius libri is erat Actuum Apostolicorum, quos Manichæi reiciebant *necesse est me credere, si credo Euangelio: quum utramque Scripturam similiter mihi Catholica commendat autoritas.* Vadeo comita Faulum c. 2. tum aliquid Manichæas reijceret sumptum ex Epistola ad Romanos, contentens esse falsam: eumque Augustinus quasi prouocasset ad suos edendos codices, opposuissetque aliquem negantem, interrogat in hunc modum: *Quid hic ages? quo te vertes? Quam libri à te prolata originem, quam vetustatem, quam seriem successionum testem citabis? Nam si hoc facere conaberis, & nihil valebis, & videbis hac in re quid Ecclesia Catholica valeat autoritas.* Libr. 13. cap. 5. *Nastrorum porro librorum autoritas, tot gentium consensione, per successiones Apostolorum, Episcoporum, Conciliorumque roborata, vobis aduersa est: vestrorum autem nulla est; quæ & à tam paucis profertur, & ab iis qui Deum & Christum mendacem colunt.* Libr. 32. cap. 19. *Cur non potius Euangelica autoritati tam fundata, tam stabilita, tanta gloria diffamata, atque ab Apostolorum temporibus usque ad nostra tempora per successiones certissimas, commendata, non te subdas?* Libr. 18. cap. 7. *Sicut et Manichæus impiam docuit peruersitatem, ut ex Euangelio quod hæresin tuam non impedit, hoc accipias, quod autem impedit, hoc non accipias: sic nos Apostolus docuit piam prouisionem, ut si quisquam nobis annunciuauerit, præter id quod accepimus, anathema sit.* Hæc ille eo loco, plane in eo quod accepimus, id est Ecclesiæ traditione, volens fidelem acquirere in recipiendis Scripturis. Libr. 28. cap. 2. *Manichæo genealogiam scriptam Matth. 1. neganti opponit, vniuersa Ecclesia ab Apostolicis sedibus, usque ad presentes Episcopos certa successione perducta testimonium.* atque id voca. c. 4. *confirmatam autoritatem.* Denique libr. 33. cap. vium. *Quapropter breuiter vos admono, ut si autoritatem Scripturarum omnibus præferendam sequamini, eam sequamini, quæ ab ipsius præsentia Christi temporibus, per dispensationes Apostolorum, & ceteros ab eorum sedibus successiones Episcoporum, usque ad hæc tempora toto orbe terrarum existit, commendata, clarificata peruenit.* Hæc Augustinus, manifestissime docens autoritatem Scripturarum, vel Scripturam ipsam eam solam esse, quæ per Ecclesiam custodita, & commendata ad nos peruenit: & hoc Ecclesiæ meritis ac sanctitati tribuendum esse. Atque hæc tenus Stapletonus argumentum explicauit.

IV. Respondeo, negari consequentiam. Primo quia ad determinandas Scripturas, & autoritatem eis conciliandam non sufficit hæreticorum retutatio: sed requiritur insuper prorsus certa persuasio: quæ solis fidelibus propria est: At hæc persuasio iuuari quidem potest ab Ecclesia, sed neq; sola, neq; summa: nam & præter & supra sunt reliqua argumenta. Pendet autem prout ab interno Spiritus motu, ut alias dixi.

V. Secundo, quia ne quidem ad hæreticos refutandos sola est Ecclesiæ autoritas utilis: nam ea ipsa argumenta, quibus fideles suadentur, etiam hos conuincere possunt, ut miracula, maiestas styli, rerum sanctitas, & alia: quæ ab antiquis adhibita sunt etiam contra Ethnicos. Sic Tertullianus contra Marcionem diligenter exsequitur *etymologiam* Veteris & Noui Testamenti.

VI. Tertio, quia non sufficit argumentum ab autoritate Ecclesiæ ad eos omnes conuincendos, & refutandos, qui Scripturæ libros non admittunt, aut impugnant etiam. Quidam n. ipsam Ecclesiæ negant autoritatem, ut Ethnici; non minus quam ipsos libros: Nec Marcionitæ, aut Manichæi, plus opinor, delatari erant Ecclesiæ Catholice in hac de Canone Controuersia, quam in reliquis articulis. Itaq; si hoc vnum esset infallibile & necessarium argumentum, tum necesse esset Christianos obmutescere, quoties eis negotium esset cum hoc hominum genere.

VII. Ad Augustini locos respondeo, primo, nusquam sanctum illum Patrem indicari esse illam autoritatem Ecclesiæ aut solam aut summam rationem: mendaciumque esse Stapletoni, quod ad extremum addidit, eum significare Ecclesiæ meritis & sanctitati tribuendam esse autoritatem Scripturæ. Nam ille profecto nihil aliud agit, quam quod nos faciendum agnosimus, nempe, ut autoritate Ecclesiæ Manichæorum impudentia retundatur, quod quamquam non sit aut solum, aut summum argumentum, tamen est neruolum & potens.

VIII. Secundo, nego ab Augustino proferri vllum Ecclesiæ de Canonicis libris quicquam decernentis, iudicium: sed tantum eiusdem de iisdem in Canone constitutis testimonium. Sunt enim secundi loci diserta verba, *quam seriem successionum testem citabis?* Et in 6. nominatur vniuersa Ecclesiæ testimonium. Sed & ratio ne postulat. Nam successiones requiruntur ab Augustino, Apostolorum, Episcoporum, Conciliorum. At semel omnino Canon consignatus est: & quidem ab initio, adeo ut Canonicæ libri essent ante vllam successionis seriem, ante vllum coactum Concilium. Possunt autem posteriores, testes eorum esse quæ ante eos gesta sunt: sed non possunt suo iudicio efficere, ut gesta sint. Quare nulla fert ratio, ut cui Augustinus solum tribuit testimonium, ei iudicium tale assignetur, ut inde pendat quales sint quoad nos libri facti.

IX. Nec obstat, quod in primo loco asserit Augustinus sibi necesse esse credere Euangelio & Actis, propter Ecclesiæ autoritatem. Nam id commune est omnibus rationibus quibus Scriptura probatur esse Canonica: imo vero sic necesse est, credere omnibus argumentis veris quacumq; tandem de re agatur: sic necesse est, nos credere testibus, à quibus tamen non pender, quid aut quale sit id de quo testantur. Deniq; sic me oportet Ecclesiæ credere prædicanti Deum esse: nec tamen Ecclesiæ autoritas aut sola, aut summa causa est quoad nos, ut Deus sit; id est, ut credatur Deus esse.

CAP. VI.

De libris Prophetarum & Apostolorum non admissis in Canonem.

I. Libri Prophetarum & Apostolorum non admissi in Canonem Ecclesiæ sunt, in Veteri quidem Testamento, gesta Dauidis à Nathan, &

Gad Prophetis descripta: Solomonis à Nathan, Ahia, & Addone: gesta Abiæ regis & Iosaphati à Iehu. Multa item scripta Dauidis & Solomonis. Denique in magna multitudine Prophetarum, per paucos en scripturunt, quæ autoritatem Canonis obtinent, nquit Augustinus de Ciuitate Dei lib. 17. c. vii. In Nouo Testamento, Paulus: pistoria ad Laodicenses scripsit, & legi voluit in Ecclesia Colossentium, 4. ad Colossenses. Petri plures olim ferebantur libri, ut Actuum eius, Euangelij, prædicationis, Apocalypsis, Iudicij, qui tamen inter Apocryphas Scripturas reputantur, ut Hieronymus in Catalogo. Idem scribit de periculis Pauli & Tecne, quæ Lucæ adscriptæ erant. Constitutiones quoq; Apostolicæ à Clemente octauo libris digestæ sunt; nec tamen in Canonem receptæ. Sic apparet tam Prophetas quam Apostolos, quædam scripsisse quæ non sunt in Canonis autoritatem relata.

II. Hæc autem Canonis autoritas à sola Ecclesia peti necessario debet: nisi ad illam Babylonicam sententiarum & dogmatum confusionem omnia redigi velimus, quam inter Paganos & Philosophos obtinuit: inquit Augustinus de Ciuitate Dei lib. 18. c. 41. *Inter quos est vera interdum dicebantur eadem tamen licentia dicebantur & falsa. Nec vllus vnquam populus, senatus, potestas, aut dignitas publica impiæ ciuitatis innumerabiles illas philosophorum diffensiones diiudicandas curauit, sed passim sine vlllo iudicio omnes in gremio suo portauit.* At enim sic olim Israelitæ: non sic hodie Christiani. Sed fuit tunc Synagoga, nunc est Ecclesia, quæ omnibus istis dissentientibus de Scriptura Sacra contentijs, iudicio suo finem imposuit.

III. Respondeo prius de librorum enumeratione: postea de vi argumenti. In Veteri Testamento non consentit Stapletonus Bellarmio. Nam iste Dauidis, Solomonis, Nathanis, Gadi, Ahia, Addonis libros asserit olim in Canone fuisse ante quam amitterentur, lib. 4. de Verbo Dei, cap. 4. Ille autem contra, supponit in Canonem non fuisse relata. Sunt enim concepta verba, *Notandum est, tum in Veteri, tum in Nouo Testamento, ipsos Prophetas & Apostolos aliquos scripsisse, quæ tamen in Canonem Scripturarum non sunt relata.* Athochia d. lum est, ut argumentum, hac saltem parte.

IV. Quamquam Nathanis, Gadi, Ahia, Addonis, Iesu scripta verisimile est etiam hodie in Canone nostro contineri; esseque partes librorum, qui Samuelis & Regum nomine inscribuntur: quemadmodum disputat nosse Whitakerus. Sane Dorotheus, quem vt vetustissimum autorem Stapletonus laudat: testatur in Synopsi, eos, Samuelis, inquam, & Regum libros, non vno spiritu, sed per partes fuisse varijs temporibus compositos. *Non Prophetica tantum (inquit) sed & regnorum libros ad hunc modum in templo per partes scripsit: ut pote temporibus, aulis, quæ usque ad regnum illius gesta fuerant; & tempore Dauidis, quæ sub Saule usque ad ipsum Dauidem contigerant, atque hoc pacto, quæ sub vno quoque rege acta fuerunt, singula suis temporibus scripsit.* Et confirmatur ex Iosepho contra apponitur libr. 1. ad eundem Prophetas *καθ' ἑσπερινὸν οἱ ἱσραηλιτῆς συγγράφοντες*: ea perspicue scripsisse quæ ad sua tempora pertinerent, prout gerebantur. Itaq; non absurdè Whitakerus in disputatione de Sacra Scriptura contendit, Dauidis gesta à Nathane & Gado scripta ea esse quæ nomine Samuelis leguntur. Nam autorem quidem non esse Samuelem, per se quilibet agnoscat. Salomonis autem à Nathane, Ahia, & Addone scriptas res gestas, contineri lib. 1. Regum. Sed hæc de re prolixè Whitakerus Stapletonum flagellauit Duplicationis libro 2. capite 1.

V. In Nouo Testamento non paucos libros perperam tribuit Apostolis. Nā libros illos Actuum, Euangelij prædicationis, Apocalypsis, iam ostendimus inter supposititios numerari: & miror tam obsequari fuisse quem quæ vt non diuinarit; audiens Hieronymum eos recentem inter Apocryphas Scripturas. Nam certe hoc ipso significare voluit non fuisse à Petro compositos. Proinde cum in editione Erasmus legeretur. *Libri autem eius, de quibus vnus Actuum eius inscribitur, emendauit Marianus Victorius, & legit. Libri autem de quibus: tum quia incongrua esset lectio: tum quod non sic haberent Sophronius, aut emendati codices. Et sane Sophronij verba plana sunt: τὰ τὸ συγγραμματα, τὰ ἐν τῷ αὐτῷ ὀνόματι ἡρώδης ἀντὶ δούλου ἐν Ἐιργλίον, ἡγέτον ἀβρυμπεταροῦ ἀποκρυφίς, πικροκελίας, ὡς ἀποκρυφὰ δόξαντες ἔσονται.* Quæ verba significant, non quia repudiati sunt, ideo esse Apocryphos: sed contra quia sunt Apocryphi, ideo esse repudiatos.

VI. Periodum Pauli & Tecne, nondum vsquam legi fuisse adscriptam Luce. Nam quod eius meminerit Hieronymus in Luca, hoc non euincit: cum ex ipso contextu contrarium appareat. *Aliud quoque edidit volumen* inquit *egregium, quod titulo περιέχει τὰ πρόλογον προνοτάται: cuius historia usque ad biennium Roma commorantis Pauli peruenit, id est, usque ad quartum Neronis annum: ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum. Igitur ἑσόδους Pauli & Tecne, & totam baptizati Leonis fabulam inter Apocryphas Scripturas computamus. Quale est enim, ut in diuiduus comes Apostolus, inter ceteros eius res, hoc solum ignorauerit? Vident omnes Hieronymum id volumen reicere hoc argumento, quod quæ in eo continebantur, Lucas ignorauerit: quod non erat verisimile *ἔσθι ἐσθλῶς*, inquit Sophronius. Atqui si Luca tribuebatur id quicquid erat operis, qui potuit Hieronymus sumere tanquam concessam hanc Lucæ ignorantem? Nam certe non ignorasset, si desuper scriberet, et si alio quodam libro. Sed & continuo autorem indicat ex Tertulliano, presbyterum quendam ex Asia, apud Ioannem eius criminis conuictum, excidisse, siue vt Sophronius habet *ἐσθλῶς ἐσθλῶς*, eiectionem esse à communione Christiana: siue vt Tertullianus libro de Baptismo, loco decessisset, hoc est destitutum esse sui muneris gradu.*

VII. Taceo Clementis constitutiones: quarum in hunc numerum prouehendarum causam diuinare non possum: nunquam enim aut ipse liber adscriptus est cuiquam Apostolo: aut res ipsæ ab Apostolis esse potuerunt, tam mendaces, tam superstitiosæ, tam parum piæ: vt alias docebimus. Epistolam ad Laodicenses, nullam suam esse Paulus vnquam indicauit; vt ostendimus suo loco. Quæ autem hoc nomine circumferebantur, & tandem edita est à Sixto Senenii, post Ioannem Eabrum Stapulensem, eam Theodoretus asserit esse fictam. Epiphanius contra Marcionitas negare esse *ἐσθλῶς*, hoc est Sixto Senenii interprete lib. 2. Bibliothecæ sanctæ, *Asserit hæc Epistola non esse Pauli.*

VIII. Nunc ad argumentum, respondeo verisimile esse quædam Scripta Prophetarum & Apostolorum, non esse in Canone. Sed aut nullam esse causam præter autoritatem Ecclesiæ; aut hanc saltem esse summam etiam quoad nos, hoc vero non sequitur ex vllis exemplis nominatis: & omnino falsum est.

est. Quod non aduertisse Stapletonum, quis non miretur? monitum ab Augustino c. 3. lib. 18. de Civitate Dei: quod non tantum legit, sed etiam recitavit in hæc verba. *Huius rei nerape cur quædam Prophetarum non sint Canonice causam diligenter quærens Augustinus, aliam se invenire non posse scribit, quam quod existimet Prophetas veteres, quibus ea qua in autoritate religionis esse deberent, Spiritus sanctus usque revelebat, alia sicuti homines historica diligentia, alia sicuti Prophetas inspiratione divina scribere potuisse. Atque hæc ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsi; ista vero tanquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda: ac sic illa pertinerent ad ubertatē cognitionis, hæc ad religionis autoritatem, in qua autoritate custoditur Canon.* Quid? non noverat Augustinus Ecclesiam ignorabat Ecclesie autoritatem? Aut non poterat dicere hæc esse unam, eamque certissimam causam, quod alia essent in Canone, alia minime? Sed non erat Papista: ut ne hodie quidem Papistæ, Catholici esse volent eam Augustino.

IX. Adde, eos libros, aut aliquando fuisse Canonicos, aut nunquam. Si aliquando, aut ex Ecclesie iudicio aut non. Si ex Ecclesie iudicio, tum ipsam necesse est Ecclesiam, quæ prius suo iudicio eos intra Canonem receperat, postea suo rursus iudicio exclusisse. Quod si concedunt Papistæ, viderint quo modo illam à gravi scelere vindicare queant, quæ aut indignos consecravit, aut dignos consecratione exegerit. Sin aliquando Canonici fuerunt, Ecclesie iudicio ergo ea neq; sola, neq; summa causa est, imo potius nescia, contra quam Stapletonus contendit. Iam si nunquam fuerunt Canonici: Ergo rursus Ecclesie iudicium non est summa causa, nedum sola: Nemo enim sanus asseret eos nunquam existisse ante quam de ijs Ecclesia iudicaret. Quod si extabant ante omnē iudicium; & erant Apocryphi, ergo non est Ecclesie autoritas causa cur libri sint extra Canonem.

X. Neq; est quod nobis Babylonicam confusionem obiiciat, quia etsi negemus Ecclesie autoritatem aut solam aut summam causam esse distinguendorum librorum Canonicorum ab Apocryphis, tamen non asserimus esse nullam: Ethnici autem, quos Augustinus taxat, omnino nullam habebant. Sane vero nos non coacti, sed vltro profitemur, Ecclesie munus esse de libris æq; pronuntiare, ac de dogmatibus; autoritatem nulli contemnendam: qua sepe usam esse non tantum patimur, sed etiam serio gaudemus.

C A P. VII.

De distinctione in Protocanonicos & Deuterocanonicos.

I. **S**uperest distinctio Canonicorum in Protocanonicos, & Deuterocanonicos. Illos Stapletonus appellat, qui apud Iudæos olim, tum postea apud Christianos, semper certo sunt pro Canonicis habiti: nunquam dubijs libri Moysi, Iosue, Iudicum, Samuelis, Regum, Chronicorum, & similes. Hos vero, qui cum primo Ecclesiastico dicerentur, & ad ædificationē plebis teste Hieronymo in veteri Ecclesia legerentur, Apocryphi etiam appellarentur, in Canonem postea accepti sunt. Contendit igitur Ecclesie iudicio & autoritate factum, ut hi posteriores, quos Apocryphos vocat primi generis, à certo Canonicis distinguerentur: ac demum paulatim pro Canonicis reciperentur.

II. Hos ita numerat. In Veteri Testamento, librum Iudith, Esther, Tobie, Maccabæorum vtrumque, Baruc, Epistolam Ieremie, Sapientiam Salomonis, Ecclesiasticum, orationem Azariæ, Hymnum trium puerorum, Sufannæ & Draconis Beliq; historiam. In Nouo, Epistolam ad Hebræos, & Iacobi, & Ioannis secundam, ac tertiam, & Iudæ, item Ioannis Apocalypsin, cum quibusdam fragmentis, de sudore Christi, & de muliere in adulterio deprehensa. Hæc, inquit, olim apud vetustissimos Christianos pro Ecclesiasticis quidem & sanctis diu habita, sed dubijs tamen & Apocryphis, eandē ab Ecclesia Dei magna ex parte cum certo Canonicis numerata sunt, & per eas autoritatem pro Canonicis habita.

III. Argumenta sint. Primum, quia quemadmodum ante Ecclesie definitionem pro dubijs & Apocryphis illa omnia habebantur, sic definiente Ecclesia, aliqui eorum pro certo Canonicis sunt habiti. Secundum, est ex varijs Patrum locis, Hieronymi, Athanasij, Tertulliani, Conciliorum Laodiceo, & Carthaginensis tertij; item Gelasij, Damasceni, Augustini, Eusebij, ex quibus omnibus concludit, Ecclesie iudicio & autoritate factum esse, ut Apocryphi primi generis, id est, Deuterocanonicis, à certo Canonicis distinguerentur, & demum paulatim pro Canonicis reciperentur.

IV. Respondeo, primum in enumeratione duo esse vitia. Vnum est, quod reliquis annectuntur libri qui semper fuerunt Canonici. In Veteri Testamento librum Esther Iudæi nunquam repudiasse leguntur. Fatetur autem Stapletonus Synagogam potuisse Scripturas discernere. Vnum aut alterū, aut etiam tertium inter Patres fateor aliter sensisse. Sed non est æquum inde æstinari totius Ecclesie Catholice sententiam.

V. Nec aliud iudicium de partibus illis Novi Testamenti. Nam eas in dubium reuocatas esse ab vniuersa Ecclesia nusquam constat: sed à paucis duntaxat, suo priuatoque sensu utentibus: quod considerate obseruauit Bellarminus. Epistola quidem ad Hebræos recepta fuit semper ab omnibus Græcis: imo & Latinis, præter Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Arnobium. Non debet autem, inquit Bellarminus, duorum aut trium Latinorū dubitatio anteponi certissimæ confessioni aliorum omnium. Hieronymus ab ipso Stapletono citatus, tum de hæc Epistola, tum de Apocalypsi loquens, Nos, inquit, vtrumque recipimus: nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum autoritatem sequentes, qui plerumque vtriusq; vtruntur testimonij, non ut interdum de Apocryphis facere solent, sed quasi Canonicis & Ecclesiasticis. Locus est in Epistola ad Dardanum: vnde constat primis Ecclesie temporibus vtrumq; librum fuisse Canonicum.

VI. Epistolas Iacobi & Ioannis, & Iudæ, quæ in dubium vocatas dicat, Eusebius, eorum quos habemus, primus est, secundus Hieronymus. Et quidem Eusebius in Epistola Iacobi durior, quam rotunde dicit esse notham: *ἴσθιν ὡς νοθεύεται*; nam Hieronymus, non se, sed alios dubitasse significat. Lucæ particulam de Christi sudore sanguineo, Hilarius de Trinitate lib. 10. negat plurimis codicibus cum Græcis tum Latinis legi. Hieronymus vero

2. contra Pelagianos in quibusdam inueniri: de Ecclesie iudicio neuter loquitur. Eam narrationem de muliere adultera, indicat Eusebius non legisse apud Ioannem, hist. lib. 3. c. post. si tamen eandem Eusebius historiam significat; quod Bellarmino non frustra aliter videtur. Sed Hieronymus eodem fecundo aduersus Pelagianos, in multis legi dicit & Græcis & Latinis codicibus. At hæc neq; singula, neque omnia sufficiunt ad vellicandam harū Scripturæ partium fidem; quominus eas credamus ab ipso initio fuisse habitas in Canone.

VII. Alterum Stapletoni vitium in eo est, quod eos Deuterocanonicos nominet, qui tamen ab Ecclesia Catholica nunquam sunt admissi in ordinem vere & proprie Canonicorum: nempe eos qui ad vetus Testamentum pertinent: Iudith, Tobiam, Maccabæos, Baruch, Sapientiam, Ecclesiasticum, ac reliquos, de quibus prolixè disputabimus in proxima controuersia.

VIII. Iam ad argumentum facilis responsio. Primo id totum non complectitur Canonem integrum: omittit enim eos, quibus nomen impositum Protocanonicos: in quos quid iuris fuit Ecclesie? Nam hos Stapletonus dixit, tum apud Iudæos, tum apud Christianos semper habitos esse pro Canonicis: Et quidem certo Canonicis. Ergo, inquam, ante vllum Ecclesie iudicium: alia falsum esset, eos semper habitos esse in Canone: nullum enim proferri potest de Canone iudicium Ecclesie, nisi post eos editos longo tempore. Ad hæc ipsa argumenti constructio indicat non comprehendit in ijs quibus Ecclesia autoritatem tribuit: quia non in Deuterocanonicis continentur. Hoc si est ita; tum necesse est aliam esse causam. Quod si in illis, cur non in alijs?

VIII. Secundo, eorum librorum alios nunquam esse receptos contendunt Catholici: alios concedunt. Illi non possunt probare, quod Stapletonus conatur. Nam si nec recepti sunt, nec recipiendi, tum profecto illis nullam Ecclesia autoritatem aut contulit, aut conferre potest. Tum ipsum argumentum hoc fundamento nititur, quod sint admissi. Eo dituro, quis neget argumentum ruere?

IX. Sed neque alij qui admissi sunt, promouent Stapletoni causam. Nego enim receptos aut tantum aut maxime propter autoritatem Ecclesie, qui nostræ quæstionis status est. Recte autem negari inde doceo, quia nulla assignari potest Ecclesie determinatio, ante quam non ostendamus eos libros habitos esse pro Canonicis. Nam antiquissimam illi accessuram Concilio Nicæno primo: falso id quidem, sed quid ad me? At longe ante id tempus Canonem fuisse enumeratum constat. Nam apud Eusebium hist. lib. 6. c. 25. Græci codicis, recensetur ab Origene; inque eo Epistola ad Hebræos, duæ Petri, tres Ioannis: etsi in dubium vocatas obleret. Quod si non quorundam, sed Ecclesie fuisse decretum: quid illo homine foret ineprius?

X. Ad hæc, Hieronymus diserte protestabatur se in admittendis Epistola ad Hebræos & Apocalypsi, nequaquam sui temporis, sed veterum scriptorum autoritatem sequi. Non potest hoc aliter intelligi, quam ut dixerit, nullam sibi in Ecclesie determinatione causam esse. Nam si Ecclesia ita determinasset, tum sane Hieronymi temporibus ea consuetudo esset inducta, ut libri Canonici haberentur: itaq; non negasset se suorum temporum consuetudinem sequi.

XI. Ex his patet, quid iudicandum sit de prima confirmatione. Scilicet, quod dicitur, ante Ecclesie definitionem illa omnia pro dubijs & Apocryphis habita fuisse, vel intelligendum esse non vniuersaliter de omnibus Christianis: sed particulariter de quibusdam: vel omnino esse falsum: itaq; nihil concludi: quia in hoc tota quæstione fermo est non de singulorum fidelium iudicio, sed de vniuersalis Ecclesie determinatione.

XII. Et rursus quod addit: determinante Ecclesia pro Canonicis habitas recte dici, si tamen intelligitur, primum de aliqua fidelium parte: eorum scilicet qui ante id tempus dubitabant: nam reliqui qui iam numerabatur in Canone, profecto non habuerunt inde initium sui iudicij: proindeque nec causam. Deinde, solet quidem de quolibet fidei articulo Ecclesia iudicare, videlicet, ut non sit propterea aut sola aut summa causa eius articuli credendi, sed tantum inter causas vna, suo loco & ordine numeranda. Sic n. recte dicimus, definiente Ecclesia creditum fuisse *τὸ ὁμοῦσιον*, contra Arianos. Sed esse tamen Ecclesie definitionem aut solam aut summam causam sic credendi, falsum esse constat, exemplo Alexandri Alexandrini, qui ante vllam Ecclesie Catholice definitionem Arium damnarat.

XIII. Venio ad autoritates Patrum. Ex ijs quædam recitantur non sincera fide. Athanasius (inquit Stapletonus) Apocalypsin Ioannis inter certo Canonicos numerat, quia inquit, à priscis sanctis, & Spiritu Dei imbutis Patribus, velut qua illius sit, accepta & probata est. Atqui Athanasius, nullam suæ enumerationis aut causam, aut rationem reddidit. *ἐπὶ τῶν πατρῶν ἐστὶ καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου ἡ Θεολογία, διὰ τὴν ἴσθιν ὡς κείνη, καὶ ἰσχυρὰ εἶπεν ὑπὸ πάλαι ἀγίων καὶ πνευματῶσαν πατέρων.* In his est etiam Apocalypsis Ioannis Theologi, recepta tanquam illius, & cæteris adnumerata ab ijs, qui olim fuerunt sancti, & Spiritu pleni Patres.

XIV. Eusebius historiæ lib. 3. cap. 19. Christophorionianæ editionis, De ijs certo Canonicis Scripturis dicit, illas secundum Ecclesie traditionem veras, germanas, & omnium sententiis manifeste confirmatas esse: & hæc perspicua nota, ab alijs omnibus discerni, qua non sunt eiusdem autoritatis, sed sunt posita in Controuersia, à plerisque tamen Ecclesiasticis viris reuoluta & pertractata. Ita quidem Stapletonus: sed Deus bone, quam sublesta fide! Nam quæ Christophorionus non satis fideliter verterat, iste ita peruertit, ut quæ prius exiguum diuertebant à verbis Eusebij, nunc ab eius mente tam procul abscedant, ut non credas eundem esse locum. Christophorionus ergo reddiderat ad hunc modum. *Isidorum librorum enumerationem necessario fecimus, ut cum Scripturas, quæ secundum Ecclesie traditionem, vera, germanæ, & omnium sententiis manifeste confirmata sunt, perspicua quadam nota ab alijs qua non sunt eiusdem autoritatis, sed sunt posita quidem in controuersia, à plerisque tamen Ecclesiasticis viris euoluta & pertractata, distinxerimus: facile quidem non istas ipsas modo, sed eas etiam quæ Apostolorum nomine ab hæreticis circumferuntur, possimus discernere.* At Græcane le habent, *Ἄνεγκαιὸς ἵσθιν τῶν ἱεροτέρων πειρημένων ἀνεγκαιόντων ἰσθιν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀποδοσὶ ἀληθείας καὶ ἀπαλάτους καὶ ἀναμολογηθῆναι ἡσθαί, καὶ ἰσθιν ἀπὸ τῶν πατέρων ἐν διαθήκῃς ἡμῶν καὶ ἀπὸ πλεθροῦς, ὅμως ἵσθιν ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν*

... τῶν ἐπισημοῦν, ἢ τῶν ἐπισημοῦν, αὐτῶν τε τῶν αὐτῶν, & τῶν ὀνόματι τῶν Ἀποστόλων...

XV. Duplex fuit Christophoroni peccatum. Primum, quod illud Διὰ τῶν...

XVI. Tertulliano quoque, si minus verba, certe mentem affingit prorsus alienam, in hunc modum. Tertullianus ordinem Episcoporum ab Apostolis...

XVII. Rursus Athanasium fingit, enumerantem quaedam Apocrypha, dicere, ex his vetera quaedam, & Spiritus Dei institutum respicientia, esse transumpta...

XVIII. Sed & Origenem apud Eusebium, Epistolam ad Hebraeos propter patrum traditionem sine dubio legendam docere, ipsaq; Evangelia, quia sic ex traditione didicerat...

XIX. De Epistola ad Hebraeos: ἡ πρὸς ἑβραίους ἐπιστολή, ἡ ἡμετέρα, ἡ ἡμετέρα, ἡ ἡμετέρα...

XX. Hi omnes igitur falso citantur. Reliqui autem quid? Inutiliter. Primum est Hieronymus: qui Liber, inquit, Indith inter hagiographa (apocrypha legendum, alia docebimus) ab Hebraeis legitur...

XXI. Concilium Laodicenum Canonicos libros recenset, eosq; legi, & in auctoritatem recipi oportere decernit. Imo, inquam, Concilium Laodicenum, Deuterocanonicorum nullum prorsus, sed eos tantum nominat, qui certo sunt Canonici...

generis, hoc est Deuterocanonicis, paulatim pro Canonici recipiuntur. Sed decernit tamen aliquos libros in auctoritatem recipiendos: Respondeo, nihil proprie decerni quod Canonicos attineat: sed eos ex occasione tantum recen-

XXII. Carthaginense tertium; Innocentius; & Gelasius, hoc tantum fortasse vtilis esse queant Stapletono, quod vna cum vere Canonici enumerant hos Deuterocanonicos: at quam ob causam censendi sint Canonici non significant, quae tamen nunc nostra est disputatio. In Carthaginensi tamē additur, quia a patribus ista accepimus in Ecclesia legenda. Quae verba significant, non pependisse ab eius Synodi iudicio, quid hac de re statuendum esset: imo eam potius hoc accipere debuisse, non fecus at alios quoscumque fideles: atq; id ipsum quod acceperant alijs commendare: quae ratio per singula secula, imo per singulos annos, deducet ad autores Apostolos, & Prophetas in quibus tandem conquiescendum. Nam traditio non auctoritatem significat Ecclesiae aliquid suo iure tum primum instituentis: sed sinceritatem, id quod ab Apostolis institutum est, & Christo, & Prophetis, suo testimonio confirmantis.

XXIII. Augustinus de his de quibus olim dubitatum erat, dicit, quia in auctoritatem recipi meruerunt, ideo inter propheticos numerandos esse, c. 8. h. b. 2. de doctrina Christiana: sed & ostendens ex vario Ecclesiae iudicio totam hanc veritatem & discrimen pendere, Tenet, inquit, hunc modum fidelis in Scripturis Canonici, ut eas, quae ab omnibus recipiuntur Ecclesis, proponat eis quas quaedam non accipiunt. In eis vero quae non accipiuntur ab omnibus, proponat eas, quas plures grauiioresque accipiunt, eis quos pauciores minorisque auctoritatis Ecclesia tenent. Et contra Faustum lib. 11. cap. 5. Distincta est a posteriorum libris excellentia Canonica auctoritatis Veteris & Novi Testamenti, quae Apostolorum confirmata temporibus, per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est. Haec ille. Vbi vides, inquit Stapletonus, esse quidem in tubium sede constitutam Scripturam, sed per successiones Episcoporum, & purgationes Ecclesiarum, id est, approbantibus & in auctoritatem recipientibus illam Episcopis & Ecclesijs.

XXIV. Respondeo, esse quidem hae Augustini verba, sed argumentum Stapletoni nullum. Et primo late sumi Canonis nomen ab Augustino, ut comprehendat etiam eos libros, qui rectius non Canonici, sed Ecclesiastici nuncupantur, eo quod tanquam vtilis legentur ab Ecclesia, quae illa est auctoritas in quam receptum dicit Ecclesiasticum & Sapientiam, ostensum est alio loco. Quid tum autem, si recipi meruerunt in auctoritatem, aut quid hoc pertinet ad hanc quaestionem quam tractamus? Non enim exponit Augustinus causam, ob quam factum est ut reciperentur, tantum receptos esse testatur. Sed docet (inquit Stapletonus) a quibus, nisi ab Ecclesia praepositis, Patribus & Magistris. Nam ita, opinor, expressit in Defensione vim argumenti, quam in Principijs omiserat. Nec promouet quicquam. Non enim quaerimus a quibus recipiantur: Nam quis dubitat ab Ecclesia, id est a doctoribus, a fidelibus, quomodo omnia reliqua quae ad fidem pertinent? Sed quaerimus quam ob causam recipiantur: hoc Augustinus his certe verbis non definit: nec sequitur, ut recipiantur a praepositis, patribus, & magistris, ideo Ecclesiae auctoritatem esse vel solam vel summam causam, quae efficiat ut quoad nos sint Canonici.

XXV. Ex Ecclesiae autem vario iudicio pendere totam hanc veritatem: primo est absurdum. Quia enim fides Christiana nihil admittit in eodem subiecto contrarium, ideo si Ecclesiae auctoritas aut sola aut summa causa est, ut libri sint quoad nos Canonici, non potest, aut certe non debet eius varium esse iudicium. Et si sit, tum nullo modo error excusari potest. Et si error admittitur, tum auctoritas necessario corrumpitur. Exempli gratia, in Epistola ad Hebraeos & Apocalypsi varium erat iudicium Graecorum, & Latinorum. Certe, si vere Apocalypsin hi admittunt in Canonem, illi non recte reiciebant. Nisi hoc absurdissimum admittamus, pro varijs locis, variari fidem. Et tamen si varium illud admittas iudicium, vtrique recte fecerint. Quod quis ferat?

XXVI. Secundo, id ab Augustino prorsus est alienum. Nam quod dixit praeponendos esse qui ab omnibus recipiuntur, ijs qui a paucioribus, non eo pertinet, ut significet, se alicui parti Ecclesiae hoc tribuere, ut non nihil Canonice auctoritatis tribuat nonnullis libris: sed eo potius, ut iudicet, se non enumerasse Canonem proprie dictum (nam qui in eo sunt, vnam eandemq; omnes auctoritatem obtinent, & ut loquitur Concilium Tridentinum, pari pietatis affectu recipiendi sunt, ob eamq; causam non praefereendi alij alijs) sed multo latius ut obseruauit Ioannes de Turrecremata in hunc ipsum locum a Gratiano citatum vel corruptum potius dist. 19.

XXVII. Quis non videt autem absurdissimam absurditatem? Nam si a vario Ecclesiarum iudicio totum hoc discrimen penderet, ut conceptis verbis Stapletonus affirmat, tum vero eodem tempore iidem libri essent & Canonici, & Apocryphi, nimirum varijs Ecclesijs varie iudicantibus, ut suo tempore factum dixit Augustinus, Hieronymus, & alij. Quare Stapletonum interrogo, cuius tandem Ecclesiae velit esse id iudicium: Catholicae ne an particularis? Si Catholicae, frustra citat ergo hunc Augustini locum, quem ex ipsis verbis loqui constat de iudicio particularium, cum comparet plures paucioribus, maiores minoribus. Sin particularis, omnes vident infinitam absurditatem. Itaque mollius sine dubio interpretanda huius Patris ea verba: nempe, ut non ab Ecclesiarum iudicio pendere dixerit auctoritatem librorum Canonice, sed commonei vnumquemque fidelium, maxime in Scripturis nouitium, ex vsu Ecclesiarum, quos libros praeter ceteros terere debeat. Qui sensus ut nihil habet absurdum, ita causam Stapletoni non concludit. Nihil enim obstat, quominus ab ijs moneamur, a quorum tamen iudicio atque auctoritate non pendeat quid sequamur. Et sane Ecclesiae sunt haec vel maxime partes, ut credituris iudicet, imo tradat & commendet diligenter Scripturas Canonicas. Sed enim

consignandi Canonis illa nunquam sibi auctoritatem summam arrogare debet.

XXVIII. In tertio loco, quis audaciam queat dissimulare? Dicebat Augustinus excellentiam Canonice auctoritatis Apostolorum confirmatam temporibus, per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum in sede quadam esse sublimiter constitutam. Stapletonus egregium agens interpretem, vultijs verbis significari, esse quidem in sublimi sede constitutam, sed per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, id est, approbantibus, & in auctoritatem recipientibus Episcopis, & Ecclesijs. Atqui, quæro ab eo, quid futurum sit illis verbis, quibus significatur auctoritas illa confirmata Apostolorum temporibus? Nam illa ego quidem non credo frustra fuisse ab Augustino scripta: imo vero contendo esse totius loci præcipua: Esse enim confirmationem eius auctoritatis, & consignationem Canonis, vnam eandemque rem omnino varijs vocabulis significatam: ideoque iam inde ab Apostolorum temporibus, ac proinde ab ipsis Apostolis consignatum esse Canonem. Ergo nisi ridicule dicamus quotidie de nouo eundem Canonem consignari, non potest nisi absurde hæc Augustini confirmatio referri ad successiones illas & propagationes.

XXIX. Præterea Stapletonus ipsa veritatis vi coactus, fatetur hæc verba excellentiam Canonice auctoritatis Veteris & Novi Testamenti Apostolorum temporibus confirmatam, de illis scripturis necessario intelligenda, quæ certo Canonice vocantur, & de quibus nunquam dubitatum fuit. Ego addo, ad eas ipsas referri etiam illa sequentia de successione Episcoporum, & propagationibus Ecclesiarum. Deinde infero inepte igitur totum locum citari cum de Deuterocanonice agitur, ad quos nullo modo pertineat. Et rursus illas successiones & propagationes non significare, approbantibus & auctoritatem recipientibus Episcopis & Ecclesijs, siquidem ita significetur consignatio Canonis: sed potius venerantibus & auctoritatem agnoscenibus Episcopis & Ecclesijs. Neque enim satis recte in auctoritatem recipi quam non habebant eos libros dicas, exempli gratia, à Synodo Laodicensi, qui tamen ab ipsis Apostolorum temporibus imper eam auctoritatem lenissime obtinebant, & quidem apud omnes: obtinere etiam debebant, siue approbarent & reciperent, siue minus illæ successiones Episcoporum, illæque propagationes Ecclesiarum.

XXX. Sed librum Sapientie hoc nomine diuinum probat Augustinus c. 14. de prædestinatione Sanctorum, quia proximi Apostolorum egregij tractatores eum testem adhibuerunt, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium credentes. Similiter Eusebius, quoties alicui libro auctoritatem vult asserere, non aliunde hoc facit, quam ex Catholicorum Patrum testimonijs. Hinc capit. 32. libr. 3. historice Epistolam ad Hebræos ex Clementis testimonio confirmat: sequenti, Papiæ testimonium adfert pro prima Ioannis & Petri Epistola: Polycarpi pro priore Petri, 13. quartæ: post 23. Theophili pro Apocalypsi, & 5. 17. Apollonij, octauo Irenæi pro eadem, & prioribus Ioannis & Petri. Postremo lib. 6. capite vndecimo, Clementis Alexandrini pro epistola Iudæ, & ad Hebræos. Hæc Stapletonus.

XXXI. Respondeo, Augustinum non probare librum Sapientie esse Canonicum, sed tantum præferendum alijs tractatoribus, scilicet non Canonicis: hoc argumento, quia ex antiquioribus plurimi eius testimonijs vsi sunt, & quidem ita solebant de diuinis libris. Sensus est autem: etsi non sit Canonicus, tamen eam ipsam ob causam, quod ab autoribus nonnullis habitus sit pro diuino, ideo præponendum esse reliquis: quod nos hodie similiter possumus dicere de alijs, etiam Maccab. 3. aut Esdræ postremis. Sed hic locus rursus tractandus erit in proxima Controuersia.

XXXII. Similiter Eusebius nullo ex ijs locis probat aliquem librum esse Canonicum. In primo cum nominasset Clementis epistolam ad Corinthios, subiunxit. In qua, quoniam multa nonnunquam eodem sensu ex Epistola ad Hebræos sumpta inserit, & interdum iisdem iam verbis ex eadem peritis utitur, apertissime quidem declarat, illud opus non recenti memoria editum. Ergo hoc tantum voluit euincere isto Clementis testimonio Epistolam illam ad Hebræos esse à primis Apostolicisq; temporibus. Quod autem statim inferi videri Paulo adscribendam: id neq; iudicium Clementis est, sed ipsius Eusebij: neq; tam iudicium quam coniectura.

XXXIII. In secundo simpliciter monet Papiam vsu esse testimonijs priorum Ioannis & Petri: Et in tertio Polycarpum prioris Petri: in quarto Theophilum Apocalypsis. Nec aliter in quinto Apollonium, Apocalypsis; in sexto Irenæum, tum Apocalypsis tum Sapientie. Quis iam Stapletoni ingenium non miretur? Qui ex his sibi consociendum putauerit, Ecclesiam sua auctoritate effecisse, ut qui pro dubijs aliquando habiti sunt, pro authenticis & certo Canonicis haberentur? Egregiam, ita mihi faucant Papiæ, Dialecticæ peritiam. Quasi vero singuli doctores nihil differant ab Ecclesia: aut quod singuli vsi sint testimonijs quorundam librorum, ex eis libris Canonicam auctoritatem tribuerit. Et credas hos viros in re tanta serio agere, & non potius ludere pueriliter?

XXXIV. Sed hoc totum cuiusmodi sit, nō potest melius intelligi, quam ex postremo loco Eusebij, libr. 6. c. 11. historice: vbi similis observatio est de Clemente Alexandrino. In iisdem octo libris, inquit, utitur testimonijs Scripturarum, & aliorum: nimirum Sapientie, qua Salomonis dicitur, & Ecclesiastici Iesu Sirac: & Epistola ad Hebræos, & Barnabæ & Clementis, & Iudæ. Tatiani item librum contra Gentiles citat, & librum Cassiani, quem de temporum ordine conscripsit: Philonis porro, & Aristobuli, Iosephi & Demetrii, & Eupolemi Iudaorum scriptorum memoriam non præterit. Audiri, ut numeret plerisque libros à Clemente citatos. An dicimus Eusebium hoc argumento illis auctoritatem Canonicam conciliare? Arqui nemo vnquam illos omnes numerauit in Canone: imo ne potuit quidem, nisi infans. Ergo absurde Stapletonus hæc loca tanto conatu selegit.

XXXV. Quid? quod iudicia illa sunt omnia non Ecclesie, sed singulorum doctorum? Et quidem eius temporis, quo Stapletonus agnoscit, nullam adhuc extitisse hæc de re Ecclesie decisionem? Miram sane incogitantia! Quid enim? An in singulorum doctorum auctoritate positum dicemus, quid nobis de Canone statuendum sit? Absurdum: & præterea extra oleas: non enim est in statu quæstionis positum, sed illud, inquit, unum est Ecclesiastica probatio medium. Itane, inquam? ut ex ijs autoribus id doceatur Ecclesia definiti-

se, quod tu tamen nondam definitum fuisse contendis, sed multis post annis? Ridiculum. Atq; eadem opera respondeo ad Dionysij Corinthij testimonium & Epiphaniij & Eusebij.

CAP. VIII.

An post alia media recurrendum sit ad Ecclesiam, ut certi sumus de libris Canonicis.

I. Stapletonus capit. 4. eiusdem libri aliud explicat argumentum. Quæcumque alia media tentaueris (inquit) ad Ecclesiam recurrendum est. Nam siue ex stylo & phrasi, vel Apostolica, vel Prophetica iudicium sumpseris, siue ex analogia & regula fidei, siue alia aliqua ex causa, in his omnibus sola Ecclesia certissima iudex est: illa enim sola optime nouit vocem sponsi sui, & phrasin loquendi eius: illa sola de regula fidei iudicat certissime, ut quæ illam nobis tradidit. Huius hæc est analysis. Si post alia tentata media ad Ecclesiam recurrendum est: ergo eius iudicium quoad nos summa est causa consignandi Canonis. Antecedens probatur, quia siue styli & phrasis, siue analogiæ & regulæ fidei, Ecclesia certissime iudex est: Ratio est, quia cum stylum nouit optime, & de quæ illa fidei regula iudicat certissime.

II. Respondeo, antecedens negari. Nam si id esset vniuersaliter verum, tum oporteret neminem vnquam agnouisse aliquem librum pro Canonicum, nisi post Ecclesie iudicium: quod tamen est falsum. Nam cum quosdam Novi Testamenti libros Papiæ velint non relatos in Canonem decernente Ecclesia, nisi post annos demum quadringentos, aut paulo minus, tam eisdem certum est à plurimis agnitos fuisse pro vere & certo Canonicis, interea dum alij dubitabant. Qui igitur habebant eos pro Canonicis, quomodo poterant recurrere ad iudicium Ecclesie, quod nullum erat? Quod si illi poterant ex stylo, & analogia persuaderi, qui minus & nos hodie? Et si minus, tum non erit hoc quicquid est, perpetuum, sed pro varijs personis & temporibus varium.

III. Ad hæc, cum fateatur Stapletonus Ecclesiam in decernendo niti & stylo, & analogia fidei: adeo ut sine illo interno iudicio (sic enim vocat) externum, quo illa quid sibi videatur, pronunciat & decernit, profus sit cæcum, nonne inepta sit circulatio? Nam cum iudicari ex stylo & analogia aliquis, exempli gratia: Hieronymus Epistolam ad Hebræos esse Canonicam; tum illi recurrendum erit ad Ecclesie iudicium: quod illa, vtrum recens pronunciarer, recurrebat ad eundem stylum eandemque analogiam.

IV. At Ecclesia cum stylum eamque analogiam nouit optime. Imo, inquam, Ecclesia nihil nouit nisi in singulis: hoc est quatenus singuli, ex quibus ea componitur, id norunt. Quare cum dicit Stapletonus, Ecclesiam nosse stylum Scripturæ, & analogiam fidei; id nihil aliud significare potest, quam vel omnes fideles, vel plurimos, optime nosse. Quod si verum est, tum sequitur quod nos volumus, nempe etiam singulos posse & debere ex stylo & analogia iudicare de Scripturis Canonicis. Imo vero quia iudicium pronunciantes Ecclesie, posterius est illa singulorum notitia, quam necesse est præcedere: neque enim, exempli gratia, in Synodo Laodicensi factum est commune decretum de Canone, nisi præcedentibus singulorum suffragijs: quæ ipsa suffragia prodierunt ex singulorum notitia: inde necessario concluditur Ecclesie auctoritatem non esse summam causam consignandi Canonis: nihil enim summum, quod pendat aliunde.

V. Præterea, Ecclesiam solam optime nosse vocem sponsi sui, si ita dicitur, ut distinguatur Ecclesia à fidelibus singulis, ut solet fieri apud Papias, profus est falsum. Nam omnes, in quibus Christus Ioan. 10. norunt vocem pastoris sui: sunt autem oves singuli fideles: itaq; si ex eo quod vocem sponsi sui nouit Ecclesia, certissimum est eius iudicium, erit etiam certissimum omnium fidelium, ob eandem causam.

VI. Iam vero si distinguant Ecclesiam, ab infidelium quorumuis cœtibus, omnino verum est eam solam optime nosse vocem sui sponsi. Sed quid hoc ad quæstionem? Non n. potest Ecclesia quicquam infidelibus tradere sua tantum auctoritate, quam illi non agnoscunt: nec sequitur, si Ecclesia melius nouit vocem Christi quam omnes infideles, ideo ipsam summam esse fidelibus credendi causam.

VII. Rursus, negatur consequentia. Nam hæc posterioritas potest ad ordinem pertinere potius, quam ad auctoritatem. Neque enim omnia simul potest mens humani concipere: neque vero etiam omnia promiscue occurrunt. Denique Paulus contulit Euaangelium suum cum reliquis Apostolis: quod tamen habebat ex reuelatione diuina, tanquam summam. Quomodo ergo non sequitur summam ei fuisse credendi auctoritatem, consensum Apostolorum, etsi post reuelationem, imo post miracula, post Scripturas, ad eos accesserit: sic non est necesse Ecclesie auctoritatem summam esse credendi Scripturis causam, etiam si post alia conquisita fundamenta, Ecclesie consensus requiratur.

CAP. IX.

An Scriptura non probet suam auctoritatem.

I. Si quod esset medium, quo certi esse possemus de Scriptura; præter auctoritatem Ecclesie, id esset ipsa Scriptura. At hoc falsum est: ergo & illud. Argumentum tractant Stapletonus & Charronæus, sed iste concepit paulo explicatius.

II. Probant assumptionem. Scriptura per Scripturam probari non potest, nec in toto, nec per partes. Nam si totam quis neget, ut Paganus aut Athenus qua tandem ratione ipsa per ipsam probaretur? Fieret n. processus in infinitum. Per partes autem, si quis neget Euaangelium cum Iudæis, aut Apocalypsin, aut quatuor Euangelistas, aut Epistolam Iacobi, ne tum quidem ex Scripturis proba-

probatu quicquam potest. Ita Charonæus. Sed Stapletonus, eas tantum partes nominat, quæ posteriores scriptæ sunt: concedens si quis dubitet de partibus prius scriptis, posse ex posterioribus conuinci. Rationem autem reddunt, quia omnis probatio, a notioribus procedit: neganti ergo simpliciter, aut omnino nescienti totam Scripturam, ex eadem nihil probabitur. Præterea nulla pars seipsam probare potest, quod sit verbum Dei: non est enim scriptus aliquis liber facer, immediata Dei vox: sed est verbum Dei: & vnum ex his quæ à Deo pronuntiata creduntur: tamen non ex seipso, sed aliunde, nempe per Ecclesiæ vocem ut cætera, constare nobis debet. Est enim fidei, ut cætera, superat captum nostrum, ut cætera per immediatam reuelationem non debet accipi, magis quam cætera: debet ergo per Ecclesiam cognosci, ut cætera.

III. Respondeo negari assumptionem: vere enim ac certissime Scripturam esse Scripturam probari, tum totam, tum per partes, non minus quam seipsum solentendit. Idque duplici modo, vel discretis testimonijs, vel argumentis ex ipsarum natura ductis. Ad totam hæc pertinent testimonia. Ioannis 5. *Scrutamini Scripturas: nam vos videmini vobis in ipsis vitam æternam habere: & illa sunt quæ testificantur de me.* Post. ad Timoth. 3. *Tota Scriptura diuinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfecte instructus.* Nam hi loci & similes, totum ipsam Scripturarum corpus commendant Ecclesiæ, non tanquam aliquid commune, & quotidianum, sed tanquam diuinum, vnde nobis petenda sit salus: id est, certissima salutis doctrina.

IV. Ad partes quæ pertinent, duplicia sunt: nam vel ex seipsis partes singulæ confirmantur, vel aliæ ex alijs. Ad primum genus pertinent omnes loci, quibus se autores contestati sunt loqui non à seipsis, humanæve aliquo instinctu, sed ex mandato Dei, inspiranteque Spiritu: ut sæpe Moses meminit suorum cum Deo colloquiorum: sæpius Prophætæ testantur ad se factum verbum Domini. Paulus vocat se Apostolum Christi: non ab omnibus, neque per homines. Alterius generis illa sunt, quæ creberrime reperiuntur in posterioribus libris de prioribus testimonijs, concedente ipso Stapletono. Nam ex Nouo Testamento plenissime Vetus probatur infinitis locis: laudat Christus Mosè, Prophætæ, & Psalmos, quibus nominibus omnes censentur libri, qui pertinent ad Canonem Hebræorum. Et multis varijsq; locis omnes pene allegantur libri illi veteres. Præterea Paulus Luca testatur magnam fuisse laudem in Euangelio, post. ad Corin. 8. Petrus Epistolas Pauli discrete accenset Scripturis 3. c. post. Epistolæ. Hæc testimonia sunt.

V. Argumenta autem attigit Caluinus Institut. libr. 1. cap. 8. & Zacharias Vrsinus de Sacra Scriptura quæst. 3. Ea sunt à doctrinæ maiestate: ab orationis simplicitate, puritate, diuinitate: à librorum antiquitate: ab oraculis & prædictionibus longo post tempore impletis: à miraculis: ab hostium persecutionibus: à martyrum testimonijs: ab ipsorum autorum inspiratione diuina: à quibus cum omnibus tum singulis, multo certius quam ab autoritate Ecclesiæ, euincitur autoritas Scripturæ Canonice: accedente maxime his omnibus interno Spiritus testimonio, quo illa in singulorum fidelium cordibus obsignantur argumenta. Atq; eadem enumerantur etiam à Ioanne Duns Scotto, q. prologi in Lombard. 2.

VI. Charonæus objicit, si ex Scripturis Scripturæ probantur, dari progrediamur in infinitum. Respondeo, primo id esse falsum de argumentis sumptis ex Scriptura. Nam sciunt omnes eas & veras, & certissimas, & breuissimas esse probationes, quæ sumuntur ex ipsa rerum natura. Ad summum igitur valeret instantia de altero genere probationum, quæ consistunt in testimonijs discretis. Non sequitur autem si hæc abeat in infinitum, ideo nullam dari rationem probandæ Scripturæ ex ipsa Scriptura.

VII. Secundo ne in his quidem testimonijs vniuersaliter instantia valet: duplicem ob causam. Primo, quia ipse Stapletonus concedit à posterioribus confirmari priores libros: quare hoc saltem respectu non dabitur progressus in infinitum. Secundo, Charonæus hanc instantiam confirmat, ex eo, quod non valet hæc probatio aduersus eos qui totam Scripturam negant, vnde ego concludo à contrarijs, valere igitur apud eos à quibus tota Scriptura non negatur. Horum autem alij totam recipiunt, & hi vim experiuntur eorum argumentorum, in superis; Spiritus sancti, sunt in fideles. Alij non totam, sed partem, videlicet aut Vetus Testamentum & hi conuincuntur ex Nouo: aut Nouum, & continentur ex Veteri. At si non esset certæ hæc probationis ratio, tum ne apud hos quidem quicquam valeret, valet autem: ergo falsum est non esse certam, aut abire in infinitum.

VIII. Stapletonus objicit omnem probationem fieri ex notioribus. Non esse autem Scripturam notiore seipsa: itaque non bene Scripturam esse Scripturam probari. Respondeo, primo illud genus probationum quod constitutum in argumentis à Scripturarum natura ductis vere procedere à notioribus. Nituntur enim quibusdam quasi *ignis erroribus*, quas ne peccatum quidem extinxit in homine, has assumptio sequitur, quæ non iam iuris est, sed facti.

IX. Secundo, eorum qui Scripturas negant, cum non sit vnum genus: sed alij totam, alij partes tantum negent, hinc fit vt illa ipsa dispersa testimonia notiora esse possint. Scilicet ijs, qui sunt ex posteriori genere. Nam Iudæis notiora sunt ea quæ petuntur à veteri Testamento: itaq; apud eos hoc genere testimoniorum recte ac legitime probabitur Nouum Testamentum, vt factum est à Petro, à Stephano, à Paulo in Actis. Contra Manichæis, notiores erant Noui Testamenti partes quædam: ijs igitur tuto ac legitime vti poterant, qui negotium susceperant confirmandi Veteris.

X. Rursum negabat Stapletonus Scripturam esse Dei vocem, sed duntaxat verbum, quod à Deo pronuntiatur creditur. Sensus est, si bene concipio, non ita esse Scripturam à Deo, vt sentiamus ipso experimento ipsum Deum loquentem; quemadmodum opinor Mosès solebat: tum enim oporteret Deum immediate perse loqui, quod minime facit. Et ita potest videri tolerabile discrimen inter vocem & verbum. Nam Genes. 3. dicuntur *serpenti & serpenti* parentes, Adam & Eva audisse vocem Domini: & in Deuteronomio pluribus locis hoc populo valde inuicatur Mosès, quod audietit vocem Domini in monte. Prophætæ autem suos sermones appellabant potius verbum Domini.

XI. Sed responderet, primo non esse discrimen perpetuum. Non paucis enim locis Vocem Dei appellari generaliter manifestationem quamlibet vocem.

luntatis diuinæ: vt Exodi 4. *Si audieris vocem Domini tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq; omnia præcepta illius, cum sum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te.* Nam, quia id præceptum generale est, non debet restringi ad certam quandam, eamq; momentaneam & transeuntem actionem: adde, vt nonnulli autumant, popululum ipsum audisse quidem tonitrua & tubas, cum lex dabatur in monte, sed vocem Dei præcepta tradentis nunquam, quia Mosès erat interpret, referens ad eum verba Dei. Sed & Hieronymus in 2. c. Michææ testatur. *Vocem Domini audiri in ciuitate eius Ecclesia, & in Scripturis sanctis quotidie personare.* Et sane Deum nemo fide tum neget loqui in Scripturis: vnde Theodoretus Dial. 1. *quæ vocem à vobis audiri ipsum loquentem dixit, cum tamen citaret ea. 12.* Euangelij secundum Ioannem. Quod si vox Dei sit Stapletono authentica, ergo non est quod neget Scripturam esse authenticam, id est perse certam, cum sit etiam ipsa vox Dei.

XII. Secundo, non tantum vox apud homines solet esse authentica, sed etiam vocis instrumenta, siue ea sint priuata ipsius loquentis manuscripta, siue publica à notarijs excepta. At Scripturæ libri, si non sunt vox Dei, sunt tamen eius vocis instrumenta à notarijs exarata, id est, à Prophetis & Apostolis: ergo nihil est causæ quominus sint authentici.

XIII. Tertio, si nihil sit authenticum in Ecclesia, præter immediatam vocem Dei, tum nihil omnino authenticum esse potest. Nulla enim est vox eiusmodi. Nam quod Stapletonus Ecclesiæ vocem substituit, audacius est quam sapientius. Non est Ecclesia Deus loquens: sed est nuntia Dei loquentis: itaque non potest esse vox Dei immediata. Imo remotior est quam Scriptura: quia non loquitur Ecclesiæ verbum Dei, nisi acceptum à Scriptura. Ergo necesse est, si sit vox Ecclesiæ vox Dei, multo magis Scripturam esse ipsam. Propterea iam securi possumus Scripturam appellare vocem Dei, contra quam Stapletonus putabat. Non id quidem absolute: sed quia Deo iam non alloquente si deles per se ipsum, nihil dari possit, quod magis accedat ad vocem immediatam. Quinetiam fatetur Stapletonus immediate à Deo profectam esse Scripturam: quod nemo dicat de voce Ecclesiæ, quæ hodie nulla est à Deo immediate, sed vel à Scriptura, vt dixi, vel à præcedentibus seculis. Negat enim Stapletonus de Principijs libr. 8. cap. 15. magistris posterioribus, nouas à Spiritu sancto reuelationes expectandas, sed maiorum suorum maximeque Apostolorum vestigijs & semitis inhærendum: & disertus ex Thoma Valdensi, Apostolorum autoritatem fontaniam fuisse agnoscit, successorum vero translatam atque deriuatam. At si vox Ecclesiæ sit Dei vox immediata, quomodo non erit eius autoritas fontana? Id sane intelligi non potest.

XIV. Reliqua videamus. *Scriptura* (inquit aduersarius) *est vnum ex his quæ à Deo pronuntiata creduntur: itaque autorem habet Deum, sicut reliqua omnia quæ creduntur: tamen non ex seipso, sed aliunde, nempe per Ecclesiæ vocem, ut cætera constare nobis debet.* Hæc vero Stapletonus satis obscure. Suspicor velle, omnia quæ idem Scripturam esse verbum Dei: sed non omne verbum Dei esse Scripturam sanctam: itaq; Scripturæ suum locum assignari inter alia multa, quæ Deum autorem habere credantur. Videlicet nunquam traditionum Papistæ in mentem non venit. Sed quæstio non est huius temporis. Cæterum hæc vis est argumenti: Quæcunque creduntur, ea non ex seipsis, sed per Ecclesiæ vocem constare nobis debent. At Scripturam esse verbum Dei, vnum est ex ijs quæ creduntur. Ergo Scripturam esse verbum Dei, constare nobis debet, non ex seipso, sed per Ecclesiæ vocem. Probatur maior. Quæcunq; superant captum nostrum, nec per immediatas reuelationes accipiuntur, ea debent per Ecclesiam cognosci. At quæcunq; creduntur, superant captum nostrum, nec per immediatas reuelationes accipiuntur: Ergo debent per Ecclesiam cognosci.

XV. Respondeo, primo argui extra quæstionem: non inuari de quouis medio, per quod nobis possit autoritas Scripturæ constare: sed de sola, vel saltè summa causa, vnde illam quoad nos autoritatem Scriptura habeat: hanc nos in Ecclesiæ autoritate suam esse negamus testi fatemur prolixè, nobis non Scripturam solam, sed etiam omnes articulos fidei commendari ab Ecclesia, hoc est ab omnibus & singulis Ecclesiæ pastoribus.

XVI. Secundo in primo Syllogismo nego maiorem: possunt n. quædam ex ijs quæ creduntur à seipsis constare, quæ hoc est, de quo agimus, nempe Scripturam esse diuinam. Et rursum ea etiam quæ ex ipsis constare non possunt, aliunde certius cognosci, quam per Ecclesiam: nempe tum per testimonium Spiritus sancti, siue quo nulla potest omnino fides esse: tum per Scripturas sanctas. Alias, quando quidem Ecclesiam esse aliquam Catholicam, vnum est ex ijs quæ creduntur, est enim relatum inter articulos symboli, constare nobis non possit.

XVII. In secundo syllogismo negatur iterum maior: nam primo, quæ captum superant nostrum, ea cum discuntur ex Scripturis, non accipiuntur aut per extraordinariam reuelationem, aut per autoritatem Ecclesiæ. Nam Scripturarum meditatio, omnino medium est ordinarium à Deo institutum ad fidem comparandam. *Hæc n. scripta sunt vt credatis,* aiebat Ioan. c. 29. Ad hæc, quæcunq; superant captum nostrum, id est fidelium, ea superant et captum Ecclesiæ: quia nullus est alius Ecclesiæ quam fidelium omnium captus. Non poterit igitur Ecclesia satis idonea esse his mysterijs autoritate sua persuadendis: cum ea sit autoritas non diuina, sed humana.

C A P. X.

De Augustini loco, Ego Euangelia non crederem.

I. HIs examinatis argumentis, videamus quid habeant ex Patribus. In quibus Augustinus facile occurrit, ad nauseam vsque inculcatus. Is quinto capite contra Epistolam fundamenti dixerat, *Ego non crederem Euangelio, nisi me Ecclesia Catholica commoueret autoritas.* Quibus lectis verbis adeo exultant, quasi reperissent id, quod pueni in faba se repetisse clamitant: tamq; confidenter, ac si ad plenum victoriæ fructum sola triumph gloria deesset. Non reputantes in re tant, quantum esse oportet fidei Christianæ fundamentum, vnius Patris, vnicum locum, desitutum Scripturæ autoritatibus, firmis etiam argumentis carentem, omnino esse infirmum. Quis e.

ut de Sanctis, eiusdem Augustini, sed facti Catholici, & sua Manichæi peccata agnoscens & contentus. Rursus lib. 5. c. 10. Iungebat etiam tunc Romæ falsis illis atq; fallentibus sanctis. Videlicet, quos tandem factus Catholicus tales agnosceret: quantumvis aliter sentiret tum temporis, cum eis iungebat. Itaq; quemadmodum hæ phrasæ non ita sunt intelligendæ, quasi Augustinus diceret, se irrisisse sanctos factos Dei, ut sanctos, ut seruos Dei: & adiunxisse se falsis sanctis, ut falsis: sic nihil est quod cogar nos hunc Augustini locum ita intelligere, ut sensus sit, eum esse commotum autoritate Ecclesiæ Catholice, ut Catholice.

XIV. Quod si à Stapletono quæram utrum credat Ecclesiam Christi, eandem esse Catholicam: respondebit, opinor, credere, nisi se abstrahat à comuni omnium sensu, atq; adeo ab ipsa rei veritate. Iam igitur, cum fatetur, etiam infideles moueri autoritate Ecclesiæ Christi, ut paulo ante docuimus, cur mireretur si se non profusus infidelem, sed hæreticum, Augustinus dixerit commoueri Ecclesiæ Catholicæ autoritate?

XV. Iam ipsum Augustinum consulamus interpretem, Confessionum lib. 6. c. 5. Persuassisti mihi non qui crederent libris tuis, quos tanta in omnibus fere gentibus autoritas fundasti, sed qui non crederent, esse culpandos. Et rursus, Id credere ceperam nullo modo te fuisse tributurum tam excellentem illi Scripturæ per omnes iam terras autoritatem, nisi & per ipsam tibi credi & per ipsam te quæri voluisses. Audin', ut suos adhuc Manichæi sensus exprimat, ut se commotum testatur Ecclesiæ autoritate ad credendum Scripturis: Vt non Ecclesiam nominet, non Catholicam, sed omnes gentes, nominet, nominet omnes terras? Nimirum, hoc illud est, quod paulo ante Stapletonus, etiam profusus infideles & Paganos, posse debet induci Ecclesiæ autoritate ad credendum Scripturis, quatenus vident in ea multarum gentium consensum. Quid ergo? nempe aduersus seipsum Stapletonus pugnat: ut solet non raro mendacium suis armis perire.

XVI. Quid si respondeo, Augustino Ecclesiam Catholicam tum nominatam Agere nudi, nimirum, quia iam tunc temporis is vsus inualuerat, ut hoc Catholicæ nomine distingueretur vera Ecclesia, ab omnibus hæresibus, quæ sibi & Ecclesiæ & Christianæ nomen auderent arrogare? Augustinus contra Epistolam fundamenti c. 4. Tenet ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui ubi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere, ut sensus sit nostri loci, Augustinum commotum esse autoritate Ecclesiæ Catholice: non quam tum credebat esse, sed audiebat solam inter omnes quasi proprio nomine Catholicam appellari.

XVII. Quartum argumentum, Quia in eodem capite paulo post in presenti tempore dicit de Actibus Apostolorum, Cui libro necesse est me credere, si credo Euangelio, cum utramque Scripturam, similiter mihi Catholica commendat autoritas. Hæc ille euidenter de sua persona, & in presenti loquens. Et Confessionum lib. 6. c. 5. cum nobis opus esset autoritate sanctarum literarum, iam credere ceperam nullo modo te fuisse tributurum tam excellentem illi Scripturæ per omnes iam terras autoritatem, nisi & per ipsam tibi credi, & per ipsam te quæri voluisses. Vbi euidenter docet ex communi consensu orbis Christiani adductum se fuisse, ut Scrip'turis crederet.

XVIII. Respondeo ad priorem locum, euidentem esse Augustinum loqui de sua persona: sed illud de actibus non absolute dici, sed ex hypothesi: nempe si credidit Euangelio commotus autoritate Ecclesiæ, tum etiam necessario sibi credendum fuisse actibus, nimirum ob eandem rationem. Quare eum supponatur hoc de Euangelio, etiam reliqua supponi necesse est, ut quia suam inducebat personam adhuc inter Manichæos, primum vere lucis radium excipientem, cum moueretur ad credendum Euangelio, sic etiam cum sibi necesse esset credere Actibus. Ac proinde, illud necesse est, significare aliud nihil, præter necessitatem consequentiæ, quæ etiam esse potest ex hypothesi falsa.

XIX. Sed enim in posteriore loco, de se Augustinum loqui, nondum Christiano Catholico, qui neget, hunc necesse est eum librum nunquam legisse. Tactat enim quibus quasi gradibus paulatim abductus sit à Manichæorum erroribus proinde hoc etiam ipso loco, ceperam (inquit) credere: non autem credideram.

XX. Quintum argumentum, Quia in precedenti capite, quod est 4. aperitissime dicit se iam Catholicum & fidelem, adeoq; Catholicæ Ecclesiæ tunc Episcopum, teneri in Ecclesiæ gremio, per ipsum Catholicæ Ecclesiæ nomen, per consensum populorum atq; gentium, ut nullo modo dubitandum sit, eum in hoc capite quinto de seipso, & in persona fidelis loqui.

XXI. Respondeo esse locos longe dissimiles: primo, quia in hoc, de quo differimus, diserte legitur, Si ergo inuenires aliquem, qui Euangelio nondum credidit, quid faceres dicenti tibi Non credo? Quibus verbis satis intelligunt omnes Augustinum impugnare assertionem illam Manichæorum de Manichæi nomine, hoc argumentum, quia non habeant illi vnde eam probent, si eis negotium sit, eum homine non credente Euangelio. Itaq; cum statim subditur hæc verba, Ego certe Euangelio non crederem, & reliqua, satis perspicuè est eodem referenda, ut suo doceat exemplo, quantum illis futurum sit negotium cum homine non credente, destitutis consensu illo populorum. Nã quæ hæc (malum) quantaq; esset ingenij peruersitas, si in hunc modum disputasset: ut quantum Manichæis esset negotium cum non credente ostenderet, ex suo ipsius iam credentis exemplo? Exempla enim oportet esse similia. Ex eo (inquam) quod ipse in se iam credente, nec nisi iam credente experiretur? Nam sic Stapletonus asseruit, proprium esse fidelis, ut commoueretur autoritate Ecclesiæ Catholice, tanquam Catholice. At cum se idem dicit teneri in Catholice, tum loquitur absq; hypothesi, & non assumpta persona increduli. Hæc igitur est prima dissimilitudo.

XXII. Secundo, credere se dixit Euangelio, non nisi commotum Ecclesiæ autoritate: quib. verbis indicat illam autoritatem Ecclesiæ, solam fuisse causam à qua sit commotus, aut certe præcipuam. At cū se teneri dixit in Ecclesiâ, tū neq; Ecclesiæ nomen, neq; consensum populorum posuit aut solam, aut præcipuam causam. Nõ solam, quia diserte, multa sunt, inquit, quæ in eius gremio iustissime teneant, nominatis statim cõtentione populorum, miraculis, ipse chantate, vetustate, successione, nomine. Nõ præcipuam, quia præfert veritatem, quæ inquit si tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non possit, præferenda est omnibus illis quibus in Catholica teneor.

Tom. I.

XXIII. Sed negat Stapletonus hanc posteriorem dissimilitudinem ad rem quicquam facere, eū de sensu quærat verborum Augustini, an videlicet ille cum se Catholice Ecclesiæ autoritate commoueri scriberet, id dixerit de se tanquam olim Manichæo, an vero tanquam tunc Catholico. Imò vero (inquam) ad rem facit? Nam si non potest eodem tempore Augustino autoritas Ecclesiæ esse & sola & non sola, & præcipua, & non præcipua causa credendi, tum necessario distinguenda sunt tempora, quando vtrumq; ille de se asserit, nec asserit non vere.

XXIV. Sextum argumentum, quia pluribus locis docet Augustinus autoritatem Ecclesiæ esse fidelibus necessariam, ut Scripturas Canonicas, vel à non talibus discernant, vel contra hæreticos defendant: maxime libr. 2. de Doctrina Christiana. Sed hi loci nulli sunt alij, præter eos quos iam excussimus, huius lib. c. 7. ut nihil sit necesse iterum eandem telam retexere.

CAP. XI.

De alijs Patribus.

I. IN Augustino pluribus immorari fuit necesse, quia hunc locum tanquam Igitur ostentant, πῶς ἂν ἂν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν. Huic pauci subnectuntur ex alijs Patribus, ad quos nunc venio, multo breuius absoluedos, quia longe faciliores. Ex ijs iam pertractati sunt non pauci: adeo placuit Stapletono libri molem augere, quod ego vitare studeo. Itaq; excerpam eos solos, qui adhuc remanserunt intacti.

II. Tertullianus de Præscriptionibus, Quid Apostolis prædicauerint, præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli considerunt, ipsi eis prædicando tam vna voce, quam per Epistolas postea. Hæc ille, docens (inquit Stapletonus) in genere epistolas Apostolicas ex Ecclesiarum Apostolicarum testimonio, & approbatione petendas esse. Idem libr. 4. contra Marcionem defendens Lucæ Euangelium, ab Ecclesiæ autoritate id facit. Cum enim enumerasset varias Ecclesias Apostolicas, infert, Dico itaque apud illas, nec solas iam Apostolicas, sed apud vniuersas qua illis de societate Sacramenti, confederantur, id Euangelium Luca ab initio editionis sue stare, quod cum maxime tuemur. Et paulo post, His fere compendius utimur, cum de Euangelio aduersus hæreticos expeditur, defendentibus & temporis ordinem posteriori falsariorum præscribentem, & autoritatem Ecclesiarum traditioni Apostolorum patrocinantem.

III. Respondeo primum Tertulliani locum non esse ad rem tribus de causis. Primo, quia non agit de libris Canonicis, sed de doctrina librorum Canonicorum. Sic enim ipse explicat, Quid prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit. Non reuelauit autem libros, sed librorum materiam: & nos agimus hæc tota controuersia, non tam de librorum doctrina, quam de ipsis libris. Etiam autem scripti libri, nihil aliud quam eam doctrinam contineant, tamen certum est esse eius tradendæ medium, diuersum à vna voce.

IV. Secundo, non tantum agit de Doctrina, sed etiam ne agit quidæ de autoritate canonizandi aut libros, aut doctrinam: tantum de medijs quib. probari possit ea doctrina, quæ sit Canonica, utpote à Deo Apostolis reuelata. At nos de medijs probandi librorum Canonicorum numerum, nõ agimus. Fatemur n. esse plurima: atq; in ijs autoritatem non tantum Ecclesiæ Catholice: sed etiam singulorum doctorum, quos ipsi testes citauimus magno numero in proxima controuersia: sed tantum vnde pendeat hæc ipsa Canonica eorum librorum autoritas. Et eam æque negamus pendere à tota Ecclesiâ, ac à singulis doctoribus: ceteri totius Ecclesiæ si quod sit testimonium longe maioris esse ponderis iudicemus, quam singulorum doctorum.

V. Tertio, nego absolute & simpliciter, ut verba sonant Tertullianum sentire, non debere eam probationem fieri, nisi per Ecclesias. Falsum n. diceret: quia excluderetur probatio non solum ex Scripturis, quæ & maxima est, & certissima omnium, atq; adeo apud antiquos ἀπόδειξις appellata, atq; ea quidæ πῶς ἂν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἡ μὲν δὲ ἀπόδειξις, sed etiam doctorum tū omnium consensus, tum singulorum testimonio. Quare sensus est Tertulliani, tum cum per Ecclesias instituitur probatio, quod necesse quidem erat apud eos hæreticos, qui Scripturas reiciebant, non debere qualis nominari, sed Apostolicas: ut non opponat Ecclesiæ autoritatem alijs rationibus: sed tantum Ecclesiæ Apostolicas, alijs Ecclesijs. Vnde sequitur non loqui de vilo decreto, ac ne testimonio quidem vniuersalis Ecclesiæ: sed duntaxat particularium. Pendere autem à particularibus Ecclesijs quoad nos autoritate, in Scripturæ, nondum audij Papistas asserentes.

VI. Reliquis locis, id agit Tertullianus, ut sinceritatem eodictum tueatur: quod quidem fieri potest varijs argumentis: ijsq; etiam à quib. vel non solis, vel non summis, imò ne præcipuis quidem pendeat quoad nos autoritas Scripturæ. Propterea dixit eam Ecclesiæ autoritatem patrocinari Euangelio: nõ vero ea canonizare. Deinde, his (inquit) compendius utimur aduersus hæreticos. Ergo (inquam), non est plena demonstratio, non absoluta probatio: sed tantum disputationis compendium: scilicet, quia quoties cum præfactis contendimus, id agei solemus prius ut confutemus, quam ut doceamus. Non sequitur autem, si aduersus hæreticos autoritas Ecclesiæ compendiosa sit, propterea penes Catholicos vel solam, vel summam esse causam credendi.

VII. Irenæus lib. 4. c. 6. Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in vniuerso mundo secundum successiones Episcoporum, quæ peruenit usq; ad nos custodita sine fictione, Scripturarum tractatione plenissima, neque ablationem recipiens lectio sine falsatione. Hæc ille, inquit, Stapletonus, docens ab Ecclesia conseruatum esse Scripturarum & tractationem plenissimam sine Apocryphorum confictis somnijs, & lectionem integram sine vlla corruptela aut deprauatione facti textus: & hanc esse agnitionem veram siue demonstrationem certissimam.

VIII. Respondeo locum esse vane & importune mutilatum: aliquantum tamen restitutum in editione Feuardeti, à quo sic plenius legebatur, Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in vniuerso mundo & character corporis Christi secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam qua in vnoquoq; loco est, Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit usq; ad nos,

II 2

ad nos, custodit sine fictione, Scripturarum tractatione plenissima, neq; addita-
mentum, neq; ablationem recipiens, & lectio sine falsatione, & secundum Scriptu-
ras expositio legitima & diligens. Quae verba adeo iunt inconcinnia & huiusmodi, &
α σούτα κτλ, ut non sit facile certum aliquem sensum elicere. Lucem addas, si
restituas tractationem nominandi casu, ut eratin veteri codice teste Feuarden-
tio, & legas vno spiritu, custodit sine fictione Scripturarum tractatio plenissi-
ma, neq; additamentum, neq; ablationem recipiens.

IX. Porro ex loco tam luxato, quid utilitas redire potest ad Stapletonum?
Nam obscurum esse, & iucertum necesse est. Atq; adeo Feuardenius alium
nescio quem sensum aucupatus est, asserens doceri ab Ireneo agnitionem ve-
ritatis, & Scripturarum sinceram germanamq; interpretationem, à veteri Ec-
clesiæ statu & ordine petendam esse: quod quidem ad aliam pertinet contro-
uersiam: deinde non significat aut solam, aut summam esse rationem. Ego ve-
ro existimo indicari media agnoscendæ veritatis ista, doctrinam Apostolicam,
& antiquum Ecclesiæ statum, quem censeo etiam appellatum characterē cor-
poris Christi: deinde tractationē Scripturarum, i. ipsas Scripturas in quibus
plenissime omnia tractantur: tum lectionem sine falsatione, id est vsum earū
Scripturarum, qui is erat ut cum publice tum priuatim legerentur, absq; vlla
falsatione: deniq; expositionem rerum fidei legitimam & diligentem secun-
dum Scripturas. Quod si est, tum nemo non videt frustra hunc locum citari à
Stapletono: nam id nos prolixè concedimus.

X. Stapletonianam autem interpretationem quis non sentit esse violentam,
non vero α ντοφω? Nam primum non docuit Ireneus iis verbis con-
seruatam esse ab Ecclesia Scripturarum tractationem, & lectionem: sed do-
cuit eam conseruatam, hoc est, quamdiu conseruatur, esse agnitionem ve-
ritatis. Secundo, illud sine Apocryphorum confictis somniis, vnde est? Nam
in textu Irenei nunquam apparet: sed & falsum est: sciunt enim omnes libris
sacris esse non pauca inserta Apocrypha, quæ pijs viris negotium fece-
runt. Non est etiam verum lectionem integram, & sine vlla corruptela fuisse
conseruatam. Nam singulis, ut ita dicam, seculis magni in Ecclesia viri con-
questi sunt, Bibliorum exemplaria esse deprauata, cum Græce tum Latine:
addunt etiam Hebraice nostri Papistæ, religiosissimi scilicet Scripturarum
commendatores.

XI. Serapion apud Eusebium hist. libr. 6. cap. 10. Nos libros quosdam A-
postolorum nominibus falso inscriptos, omnino repudiamus, certa cognoscentes
huiusmodi nos ab illis nunquam recepisse. Hæc ille (inquit) traditionem ab A-
postolis acceptæ, tanquam firmissimæ regulæ innitens, in discernendis falsis
scripturis à veris.

XII. Respondeo, primum non agi de canonizatione librorum sacrorum,
sed de reiectione Apocryphorum & suppositiorum: non sufficere autem ad
illos canonizandos, quæ ad hos rejicien- o; ali: s diximus. Secundo, autori-
tatis Ecclesiasticæ nullam fieri mentionem, sed tantum acceptionis ab Apo-
stolis: non esse autem Ecclesiam idem cum acceptione, aut etiam cum Apo-
stolis: & ijs verbis indicasse Serapionem librorum autoritatem eo potius niti,
quod eos ab initio Ecclesiæ tradiderint Apostoli, quam quod eos approbet
Ecclesia. Vbi etiam iudit ambiguo Stapletonus, cum traditionem nominat
ab Apostolis, alio sensu. Tertio Serapionem loqui de sua propria, & peculiari

industria in censendis libris. Sic enim locum legimus integrum. ημεις & Πιερρον
& τος άλλος Αποστλους αποδεχομεθα ως Χριστον. τα δ διοματα αυτων ψευδηπιγραφα
ως εμπεριωρηγισμενα, γινωσκοντες οτι τα τοιαυτα ε περιλαβομεν, Nos & Pe-
trum & alios Apostolos recipimus tanquam Christum: at eorum nomina falso
adscripta, utpote eius rei satis experti, repudiamus, cognoscentes nos eiusmodi no
accepisse. Vbi το εμπεριωρηγισμενα, significat eam solertiam qua præditus erat Serapion
in hoc negotio, non vero vllam Ecclesiæ traditionem: exercebatur autē hæc
solertia in considerandis dogmatibus. Adde nondum eo tempore vllum præ-
cessisse Ecclesiæ decretum aut de eo libro, id est, Euangelio Petri, aut omnino
de Canone.

XII. Theodoretus in argumento Epistolæ ad Hebræos, Oporrebat ipsos,
& si nihil aliud, temporis quidem certe diuturnitatem reuereri, quo hanc epi-
stolam in Ecclesiis perpetuo legerant veritatis alumni. Hunc locum necesse
est, & quidem nudum Stapletonus: qui tamen ad rem faciat quid non vi-
deat. Quid tum enim, si longo tempore Ecclesijs lecta est Epistola ad Hebræ-
os? An sequitur ei suam quoad nos autoritatem tributam ab Ecclesijs? Imo,
ex quo inquit Theodoretus) literarum Apostolicarum fuerunt Ecclesiæ parti-
cipes, ex illo etiam epistola ad Hebræos utilitatem percipiunt, Quæ verba signi-
ficant, statim ab initio suam huic epistolæ autoritatem constituisse. Ergo (in-
quam) non ab Ecclesiæ decreto vllò. Nam id, si quod fuit, non fuit ab initio,
sed aliquot seculis posterius, ijs ipsi agnoscantib. Papistis, qui contendunt non
receptam in Canonem Hieronymi tempore, saltem ante concilium Nicenum:
Et Stapletonus constitutam voluit in suis Deuterocanonicis, quib. paulatim
est autoritas conciliata.

XIII. Concilium Toletanum primum, Si quis dixerit, vel crediderit a-
lias Scripturas, præter illas quas Ecclesia Catholica recipit, in autoritate ha-
bendas, vel esse venerandas, anathema sit. Ex hoc Canone concludit (ita n. lo-
quitur in Deienf. lib. 2. c. 9. sect. 14.) in recipiendis Scripturis Ecclesiæ autori-
tatem esse lōge maximam, eamq; solam cuius fideli sufficere, diuina interim
gratia ac periuasione interna non destituito: vt inde probetur, circa recipien-
das Scripturas maximum esse, & infallibile, atq; supremum argumentum Ec-
clesiæ testimonium.

XIV. Quasi vero hoc demum experimento constaret, quam sit audax
Stapletonus in eliciendis consequentijs! At eas nos constanter negamus. Re-
vera enim hoc testimonium hęc nec friget, nec calet. Nam recepti quidem
dicuntur ab Ecclesia libri Canonici, sed quam ob causam non dicitur. Quid n.
an quia Paulus seuerissime dixit, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod
accepistis, anathema esto, ideo statim concludimus in recipiendo Euangelio
Galatarum fuisse autoritatem longe maximam, & solam cuius fideli suffice-
re: aut esse maximum, infallibile, ac supremum argumentum? Minime vero:
& non ridebimus Stapletonum? Audiat potius, quia in eo Canone Concilij
dicitur Ecclesia Scripturas recipere, ergo non esse eius autoritatem aut ma-
ximam aut solam: quia, tum potius tradere diceretur. Nam accipere, siue re-
cipere non autoritatem significat eius, qui aliquid instituit, aut
mandat, sed obsequium potius eius, cui aliquid
obseruandum instituitur & man-
datur.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER OCTAVVS,
De
CANONE.

Caput Primum.

De Perfectione Scripturae, Status Controversiæ.



INDICATA libris Canonicis autori-
tate sua, purgato etiam numero, vastum
pelagus ingredimur: Controversiam de
Perfectione Scripturae: qua vix alia que-
quã animosius, aut prolixius hæcenus
disputata, Catholicis in Perfectione, Pa-
pistis in Imperfectione, totius causæ, id
est, omnium controuersiarum de religio-
ne, proram & puppim constituētibus: a-
deo que his non negantibus, si secundum
Catholicos pronuntietur, ad restim sibi
rem redire.

II. Ac Verbum Dei Papistæ quidem,
itidem vt Catholici, agnoscunt & fundamentum & regulam fidei. Sonnius c.
3. Demonstrat. religionis Christianæ, Verbo Dei, & soli Verbo Dei adhibenda
est fides, quam qui habent, Christi fideles appellantur. Et c. 2. eam se dicit conce-
pisse sententiam de Verbo Dei. quod sit doctri ina diuina, regula nostral atechi-
mus ad j arochos, Omnium doctri rina ratio, qua fidelibus tradenda sit, Verbo Dei
continetur.

III. Sed deinceps cum quaritur, quodnam sit id Verbum Dei, ita consti-
tuunt. Primum, accipere Verbo Dei, vt scriptum sit, siue quod idem est, ho-
minibus propositum per Scripturam. Quod ne nos quidem negare aut pos-
sumus, aut volumus. Nemo enim nescit, hęc etiam vt alibi valere illud anti-
quum, τα ε τη γραφη esse σημεια των εο τη φωνη, haud aliter quam τα εν τη φω-
νη sunt σημεια των εν τα γραφη. Certum est etiam prius fuisse Verbum Dei, quam
quicquam esset scriptum.

IV. Secundo, negant, Verbum Dei contineri terminis eorum librorum
quos in Canone constituimus. Sonnius enim pronuntiat augustinus esse & ex-

tensus, pluraque in se complecti quam vtriusque Testamenti Scripturam.
Hayus, απεριφειν cum verbo scripto & non scripto, ac latius patere quam
Verbum scriptum. Claudopolitani Iesuitæ, thesi 4. nullo modo illos audien-
dos, qui tam anguste verbum Dei definiunt, vt non aliud sit, quam quod sa-
cris literis continetur: esse enim verbum Dei id quod Deus aliquo modo lo-
quutus est, vel per semetipsum, vel per eos quos nobis audiendos præcipit, si-
ue illud literis mandatum sit, siue viuæ vocis traditione circa Scripturam ad
nos peruenerit. Et Turonenses in Thestibus anni 1582. singulari Dei benefi-
cio (aiunt) Christianam Ecclesiam rerum sacrarum monumenta, partim lite-
ris consignata, partim per Christianorum hominum manus sine scripto tradita,
conseruasse credimus.

V. Ex his Ioannes Serranus putabat posse Papistarum sententiam sic ex-
plicari, vt diceretur Verbum Dei genus, eiusque species duæ, & quidem,
α νδηγημενος, scriptum & non scriptum. Sed hoc Hayus valde improbavit,
atque infectatus est. Non enim sequi, si Verbum Dei recipioet cum scri-
pto & non scripto, ideo illud horum genus esse: nam neque hominem ge-
nus esse albi & non albi hominis. Et tamen, quod iste tam seuerè reprehendit,
videtur Claudopolitanis non admodum displicuisse, quorum thesi 6.
hoc habet initium. Sic ergo definitum Dei verbum, in duas veluti species secan-
tur, scriptum scilicet, & sine literis sola voce & prædicatione traditum. His
ergo Iudicibus, Verbum scriptum & non scriptum, si non sunt species, certe,
quod hinc non procul abest, veluti species sunt: Et vicissim verbum Dei si nõ
est genus, certe veluti genus est. Catechismus etiam ad parochos. Omnis do-
ctrina ratio, qua fidelibus tradenda sit, verbo Dei continetur, quod in scripturæ
traditione sq; distributum est: quæ verba non valde abhorrent à Serrani verbis:
est hæc contentio sit non magni momenti: & λειπολογια potius quam seria
animaduersio.

VI. His ita distinctis, Verbum illud Scriptum negant continere omnia ad
falu-